M. TVLLII CICERONIS

ORATIO

PRO M. CAELIO.

M TVLLII CICERONIS
PRO M. CAELIO ORATIO
AD IVDICES.

AD OPTIMOS CODICES DENUO COLLATOS

IN USUM ACADEMICAE IUVENTVTIS

RECOGNOVIT

I. C. VOLLGRAFF,

LITT. DOCT. IN FACULTATE PHILOS. UNIV. BRUXELLENSIS PROF. ORD.

ACCESSIT APPENDIX CRITICA.

LUGDUNI-BATAVORUM

APUD E. J. BRILL.

A. MDCCCLXXXVII.

CAROLO GABRIELI COBETO
DICATVM

NOTARUM EXPLICATIO.

P = cod. Parisinus num. 7794 a me collatus.
H = cod. Harleianus » 4927 excussus a Baehrensio, a me inspectus.
S = cod. Salisbergensis (Monacensis) num. 15734 a me collatus.
G = cod. Gemblacensis (Bruxellensis) » 5345.
E = cod. Erfurtanus (Berolinensis).
C = codd. P H S consentientes.
T = cod. rescriptus Taurinensis (§ 38—42, 54—56, 66—69).
A = cod. rescriptus Ambrosianus (§ 71—75).

E libris H S neque scripturae compendia neque vero omnes minutias orthographicas annotavi.

PRAEFATIO.

Omnium codicum MSS Caelianam continentium, in quorum aetatibus, stirpibus ac familiis secundum leges artis distinguendis, agnationibus cognationibusque curiose indagandis docti viri operam posuerunt minime spernendam [1]), horum omnium, si lacera fragmenta Ambrosiana et Taurinensia excipias, unus idemque fons est per quam turbidus et corruptus. Cuius rei maximo documento sunt cum lacunae tum manifesti quidam errores, in quibus fideli concordia conspirant.

Operae pretium est insigniora quaedam de genere hoc collecta sub unum conspectum ponere.

VITIA LIBRORUM	EMENDATA LECTIO
§ 24. ergo haec *removentur* ut aliquando, in quibus causa nititur, ad ea veniamus.	REMOVEANTUR

1) Cf. C. Halm, *Zur Handschriftenkunde der Ciceronischen Schriften*, München 1850; C. Halm, *Interpolationen in Ciceronischen Reden aus codex Parisinus N°. 7794 nachgewiesen* (in Museo Rhen. N. S. IX (1854) pp. 321—350 et 638; I. N. Madvig, *De emendandis oratt. pro Sestio et in P Vatinium* (in opusc. acad. I pp. 411—536); G. Oetling, *Librorum MSS. qui Ciceronis orationem pro Caelio continent, qualis sit condicio, examinatur* etc. Gottingae 1868; H Wrampelmeyer, *Librorum, qui Ciceronis orationes pro Sestio et pro Caelio continent, ratio qualis sit demonstratur*, Detmoldiae 1868; H. Wrampelmeyer, *Codex Wolfenbuttelanus N°. 205, olim Helmstadiensis primum collatus. Pars I Caelianam spectans*, Hannoverae 1872; M. Hertz, *Zur Kritik von Cicero's Rede für P. Sestius*, Leipzig 1881; Aem. Baehrens, *Ad Ciceronis Caelianam* (in Revue de Philologie VIII (1884) pp. 33—54.

§ 31. auro opus fuit: sumpsit a Clodia ..... maximum (*magnum* corr. Bake) video signum cuiusdam egregiae familiaritatis: *negare* eandem (*eidem* nonnulli codd.) voluit .... magnum rursus odium video .... extitisse.

NECARE

§ 33. aliquis mihi ab inferis excitandus est ex barbatis illis, non hac barbula, qua ista delectatur, sed *ex* illa horrida, quam in statuis antiquis atque imaginibus videmus.

SED ILLA HORRIDA

§ 44. dicam enim iam confidentius de studiis eius honestis *quondam* audeo quaedam ..... libere confiteri.

QUONIAM

§ 54. cum a me ipso *laborata* proferri viderentur.

ELABORATA

§ 59. cum me intuens flentem significabat .... quanta impenderet procella *ibi* (*unde fluxit correctio* URBI), quanta tempestas civitati.

MIHI

§ 60. quonam modo ille .... fratri .... consularis restitisset *qui consulem* incipientem furere ..... sua se manu interfecturum audiente senatu dixerit.

QUI CONSUL EUM

§ 71. eo maleficio tamen erant implicati ut ex nullius legis laqueis *emittendi* viderentur.

EXIMENDI (palimps. A)

§ 78. qui in Palatio atque in urbis oculis servitia ad caedem *et inflammandam* urbem incitavit.

ET AD INFLAMMANDAM

Liber unus omnium vetustissimus neque hoc uno nomine facile princeps est PARISINUS num. 7794 scriptus saeculo IX, quem librum olim Lutetiae degens, ut archetypum recentiorum Gemblacensis, Erfurtani, Bernensium aliorum complurium, post Krarupium Halmiumque cum pulvisculo excussi [2]).

---

2) De ratione, qua Caeliana in codice Parisino 7794 tradita sit, accurate disseruit Oetling ll. p. 10 seqq. Laborat, ut videre licet in apparatu critico, mendis magnam partem manifesto ortis e scriptura unciali continua male lecta male digesta, e singulis vocabulis aut totis aut pro parte sive oscitanter omissis sive perperam repetitis, e lacunis infeliciter expletis, ne dicam de innumeris scribarum transpositionibus et erratis orthographicis deque glossis et emblematis invectis a grammaticis et rhetoribus. Ceterum hodie inter viros doctos satis constat longiores interpolationes illas a manu recentiore exaratas, ubi P^1 vacua spatia reliquerat (vide e. g. app. crit. ad § 24, 38, 49), medio aevo multo antiquiores esse quippe quorum una iam occurrat in palimpsesto Taurinensi (vide app. crit. ad § 38), aliae quaedam in aliis libris a P non pendentibus aliquanto rectius traditae sint (cf. e. g. app. et append. crit. ad § 35).

Inter subsidia, quibus condicionem huius libri examinare possumus, primarium locum tenent lemmata scholiastae Bobbiensis in Sestiana et Vatiniana. Obiter indicabo aliquot locos ubi P, qui utramque orationem continet, variis vitiis affectus est, scholiastes Bobbiensis contra servavit manum oratoris.

COD. P.	SCHOL. BOBB.
Sest. § 10. *virilis* tua vox.	PUERILIS (sic etiam codd. Gembl. et Salisb.)
§ 16. ut nonnemo *putare* P^1 (*putaret* P^2 G).	PUTABAT
Ibid. *miratus* P G.	IRATUS
§ 18. *qui* conpulsus olim *ne scillaeo* illo aeris alieni in fretu ad columnam adhaeresceret P^1 (atque conpulsus P^2 G; pro *ne scillaeo* G exhibet *nesculeo! freto* P^2 G).	A QUIBUS COMPULSUS OLIM NE IN SCYLLAEO ILLO AERIS ALIENI TAMQUAM IN FRETO (*a quibus* coniecerat Hotomannus).
§ 30. nihil acerbius *societatini* ferre soliti sunt *quam si* .... ex urbe exire a consulibus iuberi.	SOCII ET LATINI
(e *societatini ferre* G fecit *societati inferre!*)	QUAM SE
§ 43. cum *quid* in contione dixisset P^1 G (*quidem* P^2).	QUIDAM (ut coniecerat Baptista apud Petreium).
§ 49. et unus rempublicam *vis* servavi.	ET UNUS BIS REMP. SERVAVI (ita emendaverat Graevius).
§ 61. quasi vero ille non in *altas* quoque leges ... iam ante iuraverit (*alteras* G).	ALIAS
§ 122. o ingratifici *argui inanes* grai P^1 (*argivi* P^2).	IMMUNES

GEMBLACENSIS autem (hodie Bruxellensis) et ERFURTANUS (nunc Berolinensis), quorum uterque exaratus est saeculo XII, fieri non potest ut, quemadmodum censet Halmius, ex ipso P descripti sint. Pater communis fuit, nisi fallor, codex derivatus quidem ille ex P (cf. e. g. app. crit. ad § 27, 36 et 53) sed passim ex alio fonte correctus. Insunt enim in G E, praeter nova menda [3]) et perfaciles aliquot correctiones [4]), verae quaedam lectiones aliorum testium auctoritate confirmatae, quas casu vel e coniectura natas esse haud facile adducar ut credam. Cf. e. c. § 1 ubi necessaria vox *magistratibus*, quae in P negligentia librarii excidit, reperitur in G E; vide etiam § 14, quo loco P solus male exhibet TENENDI *huius imperii*, G E vero et alii multi servant oratoris manum DELENDI. Cum tamen hae paucae lectiones ad unam omnes etiam extent in libris aliquanto melioribus, quos non pendere a P apertum est, codices G E — ut recentiores libri MSS Graeci Latini tantum non omnes — prorsus indigni videntur quorum lectiones recipiantur in apparatum vere *criticum*. Aut igitur cum contemtu abiiciendi sunt aut (si me audis) toti relinquendi studiosae iuventuti academicae unde mature sibi colligat aliquas notiones palaeographicas simulque facultatem criticam exerceat acriter investigando an forte inter tot

§ 130 f. mecum absens *beneficio* rediit in gratiam.	BENEFICIO SUO (*suo beneficio* coniecerat Manutius).
§ 133. ille se sic cum inimico meo copularat ut *illius meae* proscriptionis .... sese scriptorem esse diceret (*illius me* G).	ILLUM MEAE (sic correxerat Naugerius).
Ibid. acta mea sibi *alii* displicere.	AIT
§ 135. *anciliam* didiam *licentiam* iuniam contempsit.	CAECILIAM (ut coniecerat Manutius). LICINIAM

3) Exemplar, ex quo fluxerunt G E, non totis literis sicuti Parisinus sed *compendiose* scriptum erat. Compendia novos subinde peperisse errores luculenter docet — ut hoc uno exemplo defungar — lectionum discrepantia in fine § 24:

P.	G.	E.
ut aliquando in quibus *causa nititur* ad ea veniamus.	*conititur.*	CONICITUR.

Quis non videt istud *conititur* (*conicitur*) ortum esse e *cā* (= *causa*) *nititur?*

4) Sic § 66 G recte habet: *nullius exitus criminis* REPERITUR, ut voluit Ernestius. Reliqui libri perperam exhibent: *reperietur*. Vide et § 11 ubi unice vera est lectio ll. E G: *naturali quodam bono defender*ET; P male: *defender*AT; H S *defender*IT.

pervulgatos et tralaticios scribarum errores omne genus, tamquam margarita in sterquilinio, alicubi eniteat felix emendatiuncula sagacioris alicuius lectoris ingenio olim reperta [5]).

Gemblacensi et Erfurtano aetate aequalis est liber HARLEIANUS num. 4927, quem primus nuper contulit Aemilius Baehrens. Recte autem statuit Baehrens codices Harleianum et Salisbergensem, inter quos quam arcta intercedat necessitudo etiam melius apparebit, ut opinor, ex integra lectionum discrepantia, quam dedi in apparatu critico, communem quidem cum P habuisse archetypum, minime vero ex ipso P esse derivatos. Non enim desunt loci ubi P cum asseclis variis modis vitiati esse deprehenduntur, H S vero, quamquam in reliquis negligentius habiti, veram lectionem exhibent. Cf. e. g. § 54:

P G E	H S
quod facinus *alienum hominem* severe accipere (acciper*at* corr. E G) inlatum.	IN ALIENUM HOMINEM
quod per ignotos actum *cum petisset* (competisset G corr. in *comperisset*).	ACTUM CUM COMPERISSET
quod in agris locisve publicis factum reprehenderet, id in urbe ac *suae domi* coeptum (esse) leniter ferret.	DOMI SUAE (sic etiam cod. rescriptus T).

Vide etiam appar. et append. crit. ad § 61.

SALISBERGENSIS (nunc Monacensis num. 15734) est Italicus liber novicius, exaratus non ante saeculum XV, derivatus, ut videtur, e propinquo libri Harleiani (non ex ipso Harleiano descriptus; vacuus enim est gravioribus quibusdam erratis, quae deformant H [6]) neque ut ille (= Leidenses Vollenhovenii A C D) desinit in § 69 sed continet totam orationem). Solus autem suppeditat, praeter nova σφάλματα haud pauca et coniecturas alias acutulas alias subabsurdas [7]), lectiones nonnullas indubitatae fidei, quas recta

5) Cf. app. crit. ad § 62 et 64. Neque inutile erit diligenter perscrutari quae inveniuntur in Garatonii editione Neapolitana.

6) Cf. e. c. appar. crit. ad § 29 et 60.

7) Vide appar. crit. ad § 8, 13, 16, 27, 37, 38, 45, 53, 54 et quae exempla collegit Francken (Mnem. N. S. VIII (1880) p. 214.

via e meliore libro fluxisse multo verisimilius est quam palmares emendationes Bentleis Porsonisque dignas factas esse a semidocto homunculo Italico in reliquis cum ceteris scribis misere caecutiente.

Ne longus sim, de pluribus unum tantum delibabo exemplum sed luculentum.

§ 18 ita editur secundum P:
reprehendistis quod a patre semigrarit (optime Bake corr. *semigravit*)..... *qui cum* ET EX REIPUBLICAE CAUSA (ET om. G E; EX om. H) *iam esset mihi quidem molestam, sibi tamen gloriosam victoriam consecutus et per aetatem magistratus petere posset..... semigravit etc.*

Verba quae subduxi neque latina sunt neque ullum fundunt sensum idoneum. Editores, utpote in loco conclamato et deposito, in vulgata lectione acquiescendum esse arbitrati sunt. Tandem rem acu tetigit Francken certa et evidenti emendatione reponens: ET EX PUBLICA CAUSA. Significatur enim sine ulla controversia condemnatio C. Antonii, quem a Caelio maiestatis accusatum frustra defenderat Cicero. Haec autem erat profecto *causa publica.*

Merito applausum est, nec facile existet novus editor tam caecus vetustarum membranarum admirator quin libenter nobiscum Franckenii εὕρημα in ordinem recipiat [8]). Quamquam iam omni coniectura supersedere possumus. Nempe id ipsum quod solis ingenii viribus repererat Francken, plane comprobari lectione optimi codicis Salisbergensis ego, qui librum accurate contuli, testis oculatus affirmare possum.

Quae cum ita sint, num tu putas, mi lector! talia atque alia inveterata vitia, quae Lambinorum, Madvigiorum, Halmiorum εὐστοχίαν luserint, olim dextro Hercule ab ignoto librario uno e multis feliciter sublata esse?

Quae si recte disputo, iam editoribus a sententia Halmiana librum P ceterorum omnium, qui aetatem tulerint, esse originem, cum Hertzio, Friderico Schoellio, Baehrensio paulum recedendum erit; Harleiano atque Salisbergensi, utpote cum Parisino ad eundem archetypum redeuntibus, non omnis in posterum fides in textu constituendo videbitur deneganda; reliquorum codicum, qui quidem

8) Fugit haec emendatio novissimi editoris Mülleri diligentiam.

sine exceptione omnes aetatis recentissimae a viris harum rerum peritis iam pervestigati sunt, singulis in locis ratio non auctoritas erit exquirenda.

Quod ad fragmenta vetustissimorum librorum palimpsestorum Taurinensis et Ambrosiani, quorum illum Peyronius, hunc Angelus Maius excussit, omnino meum facio iudicium Madvigii opusc. acad. I p. 402 ita scribentis:

»Ut codices rescripti non solum omni recentioris interpolationis et depravationis suspicione liberi sunt verum etiam interdum, ubi reliquos, bonos quoque, mendum aliquod occultum apertum obsedit, insperatam veritatis lucem praebent, ita ipsi per se, qui quidem orationum sunt, *neque diligentissime exarati sunt neque additamentis vacui.*" Rectissime ille. Neque enim ipsi per se accurate scripti sunt, imo scatent vitiis, neque carent emblematis, quae partim soli exhibent partim cum ceteris omnibus libris habent communia.

Etiam grammaticorum rhetorumque auctoritas in iis Caelianae locis, quos modo simpliciter descriptos afferunt, modo imitando expressos et ad aliud argumentum accommodatos, caute tantum et cum iudicio adhibenda est. Quicunque singula sedulo rimari voluerit, non dubito quin parvi pendat illorum συκίνην ἐπικουρίαν, quippe qui non solum admodum negligenter — haud raro ex memoria ut videtur — antiquorum scriptorum verba tradere soleant sed ipsi quoque maximam partem nonnisi in libris vitiosissimis ex communi monumentorum veterum naufragio superstites passim insanabilia vulnera contraxerint.

Ceterum quod olim verissime pronuntiavit Marklandus — in epistola illa, si recte memini, quae editioni Supplicum Euripidearum subiecta est — omnes omnino veteres utriusque linguae scriptores per imperitos scribas et semidoctos correctores pessime corruptos ita male habitos esse ut etiam nunc post multam et strenuam operam, quam inde a renatis literis philologi in iis emaculandis illustrandisque posuerint, vix una alterave pagina sine offensione legatur, id sane egregie convenit in festivissimam orationem Tullianam in Clodiam. Quae frequenti lectione per longam saeculorum seriem repetita et in ludis explicata describentium et interpolantium manum corruptricem nimium nimiumque passa est.

Quodsi in editis Caelianae exemplis adhuc plura supersunt absona et adulterata quam in elegantissimo eloquentiae Ciceronianae monumento aequo animo ferri posse videatur, huius rei neque ipsius criticae artis imbecillitatem neque artificum facultates deficientes accusabit quisquis futiles membranarum lectiones attente perlustraverit, sed mecum potius suspiciet ille doctorum virorum eruditam sagacitatem et felix ingenium, qui in tantis tenebris ac sordibus tot monstra scripturae sane quam divine interpretati sunt.

Equidem qui Ciceronis Caelianam in amore atque in deliciis habui ab eo inde tempore quo literarum suavitate delenitus in iis vitae tabernacula ponere decrevi, in nova hac editione adornanda hoc mihi negotii datum iudicavi, primum ut verborum ordinem paucis praestantissimis tantum libris MSS denuo collatis tamquam solido fundamento superstruerem, deinde ut contextum in quantum nunc certe fieri potest exhiberem castigatissimum et quam proxime ad pristinam formam accedentem. Itaque priorum editorum atque commentatorum interpretationes emendationes optimas pessimas quotquot mihi innotuerunt [9]) cum codicum scripturis et gramma-

---

9) Horum doctorum virorum commentationes et annotationes criticas inspicere mihi contigit:

Dion. Lambini Tullianas emendationes ex editione Ciceronis operum Lambiniana principe repetitas accur. Franciscus Nicolaus Klein, Confluentibus 1830; *I. N. Madvig*, de emendatione aliquot locorum orat. pro M. Caelio (opusc. acad. I pp. 375—410); *I. N. Madvig*, epistola critica ad Car. Halmium de emendatione aliquot orationum Ciceronis (in Jahrb. f. Class. Philol. 73 (1856) pp. 117—128); *I. N. Madvig*, Adv. Crit. III p. 144 seq.; *A. S. Wesenberg*, Kritiske Bemaerkninger til Cic's Tale for Cael. Viborg 1836; *H. Vollenhoven*, emendationes aliquot locorum orationis Tullianae pro M. Caelio Rufo. Acced. var. lectt. IV codd. Leidensium et Ioh. Bakii in eandem orationem emendationes, Lugd. Bat. 1839; *Ioh. Bake*, de emendanda Ciceronis oratione pro Caelio (Schol. Hypomn. Vol. III (1844) pp. 266—310); *G. Oetling*, commentatio philol. de orat. pro M. Caelio Rufo, Gottingae 1868; *E. v. Leutsch*, zu Cicero's Rede für Caelius (Philol. XXV (1867) p. 66; *W. G. Pluygers*, Lectt. Tull. (Mnemos. X (1861) pp. 97—112 et Mnemos. N. S. IX (1881) p. 141); *C. Barwes*, quaestt. Tull. spec. I ad Cael. orat. spectans, Gottingae 1868; *C. L. Kayser*, (Heidelb. Jahrb. (1870) p. 417) *Henr. Schwartz*, Miscell. Philol. (Curae Tull. § 2) Tubingae 1878; *Henr. Schwartz*, coniectanea crit. in Cic. oratt. Hirschberg 1883; *Herm. Kraffert*, Beiträge zur Kritik und Erklärung lateinischer Autoren III Aurich 1883 p. 118; *W. Wegehaupt*, das Leben des M. Caelius Rufus, Breslau 1878; *C. M. Francken*, Cic pro Caelio (Mnemos. N. S. (1880) pp. 201—229); *Frider. Schoell*, die Interpolation der Ciceronischen Caeliana (Mus. Rhen. XXXV (1880) pp. 543—563); *H. T. Karsten*, Spicilegium crit. Lugd. Bat. 1881 pp. 9—15; *Aem. Baehrens*, ad Ciceronis Caelianam (Revue de philol. VIII (1884) pp. 33—54.

ticorum rhetorumque excerptis qua potui maxima cura composui. Quicquid quovis loco maxime probabam id in ordinem recipere non dubitavi; glossas et emblemata omne genus [10]), quorum magnam copiam nuper acute deprehendit FRIDERICUS SCHOELL, ne pergerent elegantioribus hominibus molesta esse, relegavi in calcem; si ipse denique pauca quaedam, ab aliis aut praetermissa aut meo certe iudicio minus bene administrata, aliquanto rectius constituisse mihi videbar, harum rerum rationes reddidi in APPENDICE CRITICA additis exemplis quibus singulae correctiones confirmarentur.

Ceterum candidi lectores, sicubi me lapsum esse animadverterint — minime enim ubique verum me invenisse puto — spero fore ut comiter admonere et rectiora docere non recusent neve quicquam me libentius facturum existiment quam cognitis melioribus mea deserere et abiicere.

I. C. V.

Scribebam Bruxellis
m. Iulio a. MDCCCLXXXVII.

Editionibus usus sum: *Ernestii* (a. 1773), *Garatonii* (a. 1777), *Orellii* (a. 1832), Halmii (a. 1856), Kayseri (a. 1862), Mülleri (1886).

10) „Horatius, Virgilius, *Ciceronis nonnulla*, Caesar, Livii quaedam, Iuvenalis praelegebantur pueris et in singulis fere monasteriis lectitabantur: inde tot *explicationes* et *immutationes* elegantiarum linguae latinae, ut, si isti auctores reviviscerent, in multis sua scripta non agnoscerent."

MARKLAND.

„Die Mehrzahl von Cicero's Reden besitzen wir in einem durch *Verderbniss* und in noch höherem Grade durch *Interpolation* verfälschten Text."

G. BERNHARDY.

„Unmöglich kann man über Cicero's Redekunst, seinen Stil und selbst seinen Geist richtig urtheilen, wenn man die vielen *Flecken* und *Flicken* nicht beachtet und bemerkt, welche ihn oft *bis zur Unkenntlichkeit* entstellen."

FR. SCHOELL.

M. TULLII CICERONIS

PRO

M. CAELIO ORATIO.

I Si quis, iudices, forte nunc adsit ignarus legum, iudiciorum
1 consuetudinis nostrae, miretur profecto quae sit tanta atrocitas huiusce causae, quod diebus festis ludisque publicis, omnibus negotiis forensibus intermissis, unum hoc iudicium exerceatur, nec dubitet quin tanti facinoris reus arguatur, ut eo neglecto civitas stare non possit: idem cum audiat esse legem quae de seditiosis consceleratisque civibus, qui armati senatum obsederint, magistratibus vim attulerint, rempublicam oppugnarint, quotidie quaeri iubeat, legem non improbet, crimen quod versetur in iudicio requirat: cum audiat nullum facinus, nullam audaciam, nullam vim in iudicium vocari, sed adolescentem illustri e ingenio, industria, gratia accusari ab eius filio, quem ipse in iudicium et vocet et vocarit, oppugnari autem opibus meretriciis, illius pietatem non reprehendat, muliebrem libidi-

INCIPIT PRO CAELIO P **1.** assit H S **2.** consuetudinisque *ed. Lambiniana* **3.** quod diebus festis C; *secundum Ernestium legitima ratio desiderat:* ut diebus festis **4.** negotiis forensibus H S; forensibus negotiis P **7.** s::ditiosis P^1; *litera* e P^2 *in rasura* — consceleratisque P H; sceleratisque S *et ed. Lamb.* **8.** magistratibus H S G E; *om.* P. *Cf. Or. de domo sua* § 89 **9.** cotidie C — quaeri P^1 H; queri P^2 S **11.** vim P^2 H S; viam P^1 — adulescentem P *ut semper fere* **12.** inlustri P **14.** atratini illius pietatem C; atratini *expunxit Muretus;* filii pietatem *Francken* **14.** repraehendat P^1.

nem comprimendam putet, vos laboriosos existimet, quibus
2 otiosis ne in communi quidem otio liceat esse. Etenim si existimare vere de omni hac causa volueritis, sic constituetis, iudices, nec descensurum quemquam ad hanc accusationem fuisse, cui utrum vellet liceret, nec, cum descendisset, quicquam habiturum spei fuisse, nisi alicuius intolerabili libidine et nimis acerbo odio niteretur. Sed ego Atratino, humanissimo atque optimo adolescenti, meo necessario, ignosco, qui habet excusationem vel pietatis vel necessitatis vel aetatis: si voluit accusare, pietati tribuo; si iussus est, necessitati; si speravit aliquid, pueritiae; ceteris non modo nihil ignoscendum, sed etiam acriter est resistendum.

II Ac mihi quidem videtur, iudices, hic introitus defensionis
3 adolescentiae M. Caelii maxime convenire, ut ad ea, quae accusatores de fama huius, detrahendae spoliandaeque dignitatis

---

1. *Bakio vv.* vos laboriosos . . . . . liceat esse *videntur commodius collocari post vv.* unum hoc iudicium exerceatur — existimet *susp. habet Francken* **2.** ociosis . . . . . ocio P S — etenim si attendere (adtendere P[1]) diligenter existimare vere de omni hac causa (haccusa P[1]) volueritis C; et existimare *cod. (?) Lallemandi (vide ed. Neap.) et sic Ernestius;* existimareque *Baehrens;* diligenter attendere *susp. hab. Francken, ego seclusi coll. Grill. Comm.* **4.** in hanc accusationem S **5.** cum discendisset P[1]; qui descendisset *Baehrens* **6.** etsi alicuius P[1] — lubidine P *ut semper fere* **7.** humanissumo atque optumo P **11.** nichil H **12.** agriter P[1] **14.** quae *ante* accusatores *om* P[1] **15.** de fama huius, detr. spol. dign. gr. *scripsi;* deformandi huius causa detrahendae etc. C (spoliandae quae P); et *ante* detrah. *add. Bake;* deformandae huius causae *Cobet;* deformandae eius *(i. e.* adolescentiae) *Francken;* hic introitus defensionis M. Caelii maxime convenire, ut ad ea, quae accusatores deformandae huius adolescentiae *transp. Karsten.*

---

§ 2. Exc. Halmii ex Grillii commento in Cic. de Invent. § 21: . . . . securus tamen de iudicibus, ut praetermissa quodammodo benivolentia partibus attentionis utatur, dum dicit: *etenim si existimare de omni hac causa volueritis* et reliqua.

gratia, dixerunt, primum respondeam. Obiectus est pater varie, quod aut parum splendidus ipse aut parum pie tractatus a filio diceretur. De dignitate M. Caelius notis ac maioribus natu etiam sine mea oratione facile ipse respondet; quibus autem propter senectutem, quod iam diu minus in foro nobiscumque versatur, non aeque est cognitus, ii sic habeant: quaecumque in equite Romano dignitas esse possit, quae certe potest esse maxima, eam semper in M. Caelio habitam esse hodieque haberi non solum a suis, sed etiam ab omnibus, quibus potuerit aliqua de
4 causa esse notus. Equitis Romani autem esse filium criminis loco poni ab accusatoribus neque his iudicantibus oportuit neque defendentibus nobis. Nam quod de pietate dixistis, est ista quidem vestra existimatio, sed iudicium certe parentum: quid nos opinemur audietis ex iuratis, quid parentes sentiant lacrimae

---

1. variae P^1 **2.** pa....rum P **3.** de *om.* P^1 — M. *add. Lambinus; om.* C — etiam sine S; et sine P H **4.** ea oratione P^1 — et tacitus facile ipse respondet P^2 H (et tacitus P^2 *in rasura*); tacitus (*om.* et) facile ipse respondet S; tacitus *expunxi* **6.** aequae P^1 — ei sic P; hi sic H S **7.** maxuma P **8.** habitam esse hodieque haberi *Fr. Schoell del. embl.*; habitam esse summa.... hodieque P^1; summamque hodie P^2; summam summamque hodie *Lambinus* **10.** equitis autem Romani *ed. Lamb. cum Quintiliano* **11.** his *Rufinianus et* C; vobis *Quintil. cod. M* — criminis loco H S; criminis .... loco P, *syllaba* is *in rasura scripta: forte ex* criminis in loco **12.** est ista quidem vestra existimatio *Halm;* est quidem ista nostra existimatio C; est ista quidem vestra, alia nostra existimatio *Sauppe;* est quidem de ista nostra existimatio *Jeep (progr. Wolf.* 1863 *p.* 8) *et Baehrens* **13.** parentum *scripsi propter seqq.* parentis C — quod nos S.

---

§ 4. Quintil. XI, 1. 28: Quid fuisset tumidius, si accipiendum criminis loco negasset Cicero equitis Romani esse filium se defendente? at ille fecit hoc etiam favorabile coniungendo cum iudicibus dignitatem suam: *equitis Romani autem esse filium criminis loco poni ab accusatoribus neque his* (*vobis cod. M*) *iudicantibus oportuit nec defendentibus nobis.*

Ibid. Iulius Rufinianus (de figuris sentt. § 12): ἀποδίωξις, reiectio vel reprobatio quarundam rerum. Cicero pro Caelio: *Equitis Romani autem esse filium criminis loco poni ab accusatoribus neque his iudicantibus etc.*

matris incredibilisque maeror, squalor patris et haec praesens maestitia luctusque declarat. Nam quod est obiectum, municipibus esse adolescentem non probatum suis: nemini umquam praesenti maiores honores habuerunt quam M. Caelio: quem et absentem in amplissimum ordinem cooptarunt et ea non petenti detulerunt, quae multis petentibus denegarunt; iidemque nunc lectissimos viros et nostri ordinis et equites Romanos cum legatione ad hoc iudicium et cum gravissima atque ornatissima laudatione miserunt. Videor mihi iecisse fundamenta defensionis meae, quae firmissima sunt; neque enim vobis satis commendata huius aetas esse posset, si non modo parenti, tali viro, verum

III etiam municipio tam illustri ac tam gravi displiceret. Nam quod
6 obiectum est de pudicitia quodque omnium accusatorum non criminibus, sed vocibus maledictisque celebratum est, id num-

1. haec praesens maestitia quam cernitis C; quam cernitis *inclusit Pluygers* **4**. praesenti prae.....ani P[1]; praesenti praetoriani P[2] H S; praetoriani *del. Vollenhoven utpote natum e dittogr.*; praestutiani *cod. Victorianus (?) Lambini;* Puteolani *edd. veteres;* Tusculani *Baiter;* Cumani *Wegehaupt;* oppidani *Oetling;* praesenti praetori p. Romani *coniecit Francken* **4**. quam M. Caelio H; quam absenti M. Caelio P S — et *ante* absentem *om.* H S **5**. coaptarunt H S **6**. quem multis P[1] — idemque P **7**. et equitis .....R..... *fort.* equitum Romanorum *Halm* **8**. cum gravissuma atque ordinatissuma P **9**. iecisse P[2] H S; ...e...isse P[1]: *videtur* egisse *fuisse. Cf. Cic. Mil.* § 75: sic agere fundamenta **10**. quae firmissima sunt si nituntur (nitantur H S) iudicio suorum C; *embl. expunxit Schoell* **11**. parente H **12**. inlustri P — *post* displiceret *libri habent:* equidem ut ad me revortar ab his fontibus profluxi ad hominum famam et meus hic forensis (fo.....rensis P) labor vitaeque ratio dimanavit ad existimationem hominum paulo latius commendatione ac iudicio meorum. *Putidum emblema hoc esse primus animadvertit Vollenhoven quem secuti sunt Wrampelmeyer, Francken alii; Barwes haec omnia inserenda putat* § 47 *post verba* doctrina puerilis; ut ad me revortar *del. Schoell;* ut ad me devortar *Baehrens;* ad existimationem hominum *dell. Schoell et Schwartz;* ad existimationem omnium *Baehrens;* haud paulo latius *Schwartz* **14**. maledictis quae P[1].

quam tam acerbe feret M. Caelius, ut eum paeniteat non de-
formem esse natum; sunt enim ista maledicta pervulgata in
omnes, quorum in adolescentia forma et species fuit liberalis;
sed aliud est male dicere, aliud accusare: accusatio crimen
desiderat, rem ut definiat, nomine notet, argumento probet,
teste confirmet; maledictio autem nihil habet propositi praeter
contumeliam: quae si petulantius iactatur, convicium, si face-
7 tius, urbanitas nominatur. Quam quidem partem accusationis
admiratus sum et moleste tuli potissimum esse Atratino datam;
neque enim aetas illa postulabat neque, id quod animadvertere
poteratis, pudor patiebatur optimi adolescentis in tali illum
oratione versari. Vellem aliqui ex vobis robustioribus hunc locum
suscepisset: aliquanto liberius et fortius et magis more nostro
refutaremus istam male dicendi licentiam: tecum, Atratine,
agam lenius, quod et pudor tuus moderatur orationi meae et
8 meum erga te parentemque tuum beneficium tueri debeo. Illud

---

1. peniteat P **2.** enim *om.* S — pervolgata P **3.** speties S **5.** nomine notet *Francken;* accusatio crimen desiderat rem ut definiat hominem ut notet argumento probet teste (t⋯te P[1]) confirmet C; hominem ut notet *inclusit Kayser;* nomen ut notet *Hotomannus;* nomine ut notet *Manutius;* accusatio crimen desiderat, ut definiat, nomen, ut notet, argumentum, ut probet, testem, ut confirmet *Bake;* accusatio desiderat rem, ut definiat, hominem ut notet: argumento probat, teste confirmat *Karsten;* accusatio crimen des. rem ut def. nomine et notet *Baehrens* **7.** iactatur C; iaciatur *Manutius* **9.** admiratus P S; ammiratus H; demiratus *Lambinus;* miratus *Oetling* — *post* datam *libri habent:* neque enim decebat neque aetas *etc.*; decebat neque *expunxi;* non enim decebat *corr. Karsten* **12.** aliqui P; aliquis H S (is *in* H *superscr.*) — ex vobis H *in margine* — hunc male dicendi locum C; male dicendi *exemi* **13.** suscepisset P H S; cepisset *Lambinus in marg. ex cod.* **16.** parentem quae P.

---

§ 8. Agroecius (p. 118 Keil) Pulchritudo formae in viris *dignitas;* inde Cicero pro Caelio: *quis non possit huic aetati atque huic dignitati, etsi sine suspitione, at non sine argumento male dicere*? in feminis autem *honestas* dicitur unde Terentius de horrido et sene Eunucho: »illumne *inhonestum* hominem".

tamen te esse admonitum volo: primum ut quantum a rerum turpitudine abes, tantum te a verborum libertate seiungas; deinde ut ea in alterum ne dicas, quae cum tibi responsa sint, erubescas. Quis est enim cui via ista non pateat? quis isti aetati non possit quam velit petulanter, etiam sine ulla suspicione, male dicere? sed istarum partium culpa est eorum, qui te agere voluerunt; laus pudoris tui, quod ea te invitum dicere vide-
IV bamus, ingenii, quod ornate politeque dixisti. Verum ad istam
9 omnem orationem brevis est defensio; nam quoad aetas M. Caelii dare potuit isti suspicioni locum, fuit primum ipsius pudore, deinde etiam patris diligentia disciplinaque munita: qui ut huic virilem togam dedit — nihil dicam hoc loco de me; tantum sit, quantum vos existimatis; hoc dicam hunc a patre continuo

---

1. admonitum P S; ammonitum H — *post* primum *codd. exhibent:* qualis es talem (tal[illegible]m P[1]) te (te *om.* P[1]) existument (existimes H S) ut quantum etc. *embl. inclusit Schoell;* talem hi te esse existiment *ed. Lamb.*; talem te esse omnes existiment *Klotz;* talem te velis homines (*vel* hi) existiment *Halm;* talem fac alii te existiment *Francken;* primum ut qualis es talem omnes te esse existiment; TU quantum etc. *Karsten;* primum, qualis es talem te existiment [ut cures; tum] ut quantum etc. *Baehrens* **2.** a verborum H S; aueorum P[1]; ab eorum P[2] **3.** quae cum tibi falso responsa sint C; falso *expunxi* **4.** qui isti aetati non possit quam (qui S.) velit petulanter etiam si (si *om. codd. Gembl. et Erf.*) sine ulla suspicione (suspitione P H) at (attamen S) non sine argumento (ullo *add. cod. Wolfenb.*) male dicere C; qui isti aetati atque etiam isti dignitati *habent libri Gembl. et Erf. et alii quidam deteriores;* atque etiam isti dignitati S *add. in marg.: vide Agroecium;* quis isti *corr. Francken;* etiam sine ulla suspicione *Schoell inclusis vv.* at non sine argumento; etiamsi non sine ulla suspicione at sine argumento *Bake;* etiam sine ulla suspicione atque sine argumento *Baehrens* **7.** pudor istui P **8.** politeque (polite quae P[1]) C; docteque *mavult Klotz* **10.** potuit isti suspicioni *Halm;* potuisti suspicioni P; potuit suspitioni H potuit suspicioni S **11.** disciplina quae P[1] **13.** existumatis P; existimetis *requirit Ernestius* — a patre hunc *transp. Francken.*

ad me esse deductum — nemo umquam M. Caelium in illo aetatis flore vidit nisi aut cum patre aut mecum aut in M. Crassi castissima domo, cum artibus honestissimis erudiretur.

10 Nam quod Catilinae familiaritas obiecta est Caelio, longe ab ista suspicione, iudices, abhorrere debetis. Hoc enim adolescente scitis consulatum mecum petivisse Catilinam: ad quem si accessit aut si a me discessit umquam, quamquam multi boni adolescentes illi homini nequam atque improbo studuerunt, tamen existimetur Caelius Catilinae nimium familiaris fuisse. At enim postea scimus et vidimus esse hunc in illius amicis. Quis negat? Sed ego illud tempus aetatis, quod ipsum sua sponte infirmum, aliorum libidine infestum est, id hoc loco defendo. Fuit assiduus mecum praetore; non noverat Catilinam: Africam tum praetor ille obtinebat. Secutus est annus, cum causam de pecuniis repetundis Catilina dixit: mecum erat hic; illi ne advocatus quidem venit. Deinceps fuit annus, quo ego consulatum petivi: petebat Catilina mecum. Numquam ad illum accessit, a

V 11 me numquam recessit. Tot igitur annos versatus in foro sine

---

1. nemo umquam *em. Baehrens;* nemo hunc C; hunc *del. Schoell.* **3.** castissum...... domocum P[1] — hones......issumis P[1] **4.** obiecta est H S; est obiecta P — *inter vv.* ab ista suspicione *et* abhorrere *in P breve spatium in fine pag. relictum: addidi* iudices **5.** debetis *Oetling;* debet C **6.** ecum P[1] — petisse C — at quem P[1]; ad quem TUM si accessit *Lehmann* **7.** aut a me (*om.* si) *Cod. Lamb.* — umquam P; numquam H S — boni *om.* S **8.** illi homi...... nequamquam P[1] — tamen existimetur C; tamen *del. Bake;* tamen non ex. *Oetling;* tacite ex. *Baehrens* **10.** scia......us P[1] **12.** adsiduus P **13.** mecum praetore me C; assiduus mecum: praetore me non n. C. *ed. Lamb.*; me *expunxit Madvig* — affricam H **14.** annus cum causam *Garatonius coll. Sest. c. III in.;* quo causam *Weiske;* annus causam C **16.** venit umquam C; umquam *expunxit Francken* **17.** numquam a me *ed. Lamb.* **18.** annos versatus P[2] H S; ann......s .... P[1].

---

§ 11. Arusianus Messius (p. 508 Keil): Studeo illi (rei). Cicero pro Caelio: *studuit Catilinae iterum petenti.*

suspicione, sine infamia, studuit Catilinae iterum petenti. Quem ergo ad finem putas custodiendam illam aetatem fuisse? Nobis quidem olim annus erat unus ad cohibendum brachium toga constitutus et ut exercitatione ludoque campestri tunicati uteremur, eademque erat, si statim mereri stipendia coeperamus, castrensis ratio ac militaris; qua in aetate, nisi qui se ipse sua gravitate et castimonia et cum disciplina domestica; tum etiam naturali quodam bono defenderet, quoquo modo a suis custoditus esset, tamen infamiam vere meritam effugere non poterat; sed qui prima illa initia aetatis integra atque inviolata praestitisset, de eius fama ac pudicitia, cum iam se corroboravisset
12 ac vir inter viros esset, nemo loquebatur. Studuit Catilinae, cum iam aliquot annos esset in foro, Caelius; et multi hoc idem ex omni ordine atque ex omni aetate fecerunt. Habuit enim ille, sicuti meminisse vos arbitror, permulta maximarum non expressa sed adumbrata signa virtutum: utebatur hominibus

---

1. suspicione H S; suspitione P — at *ante* studuit *inserit Francken* **2.** putas C; putatis *corr. Baehrens* **4.** *post v.* constitutus *ed. Lamb. om.* et **5.** eadem quae P^1 — merere *var. lect. in marg. ed. Lamb.* — ceperamus P H **6.** quam in aetate P^1 **8.** defenderet *Wesenberg cum ll. Gembl. et Erf.*; defenderat P; defenderit H S — quo modo P^1 **9.** infamiam vere meritam *scripsi;* infamiam veram C; infamiam universam *Ernestius quem seq. Koch* (*Mus. Rhen.* 1858 *p.* 284); infamiam adversam *Halm*; infamiam vir *vel* infamiam atque invidiam *vel* infamiae ventum *Bake*; infamiae auram *Karsten*; infamiae metam *Kayser*; infamiam morum *Baehrens* — poterat P H; poterit S **10.** initia aetatis P H S; impietatis *cod. Erf.*; imperia aetatis *vett. edd.* **11.** cum is iam C; is *delevi* — conroboravisset P **13.** aliquod annus P^1 **15.** permulta maximarum (maxumarum P) non expressa signa sed adumbrata virtutum C; *post v.* adumbrata, simulacra *add. Koch* (*progr. Port.* 1868 *p.* 14); lineamenta *add. Francken*; *recte Baehrens*: permulta maximarum non expressa sed adumbrata signa virtutum *coll. Hieronymi imitatione ab Abramio comparata qui in epitaphio Nepotiani hoc habet:* »in parvo isto volumine cernas adumbrata non expressa signa virtutum".

improbis multis atque idem optimis se viris deditum esse simulabat. Erant apud illum illecebrae libidinum multae; erant etiam industriae quidam stimuli ac laboris; neque ego umquam fuisse tale monstrum in terris ullum puto, tam ex contrariis diversisque et inter se repugnantibus naturis, studiis cupiditatibusque
VI 13 conflatum. Quis clarioribus viris quodam tempore iucundior? quis turpioribus coniunctior? quis civis meliorum partium aliquando? quis taetrior hostis huic civitati? quis in voluptatibus inquinatior? quis in laboribus patientior? quis in rapacitate avarior? quis in largitione effusior? illa vero, iudices, in illo homine mirabilia fuerunt: comprehendere multos amicitia, tueri obsequio, cum omnibus communicare quod habebat, servire temporibus suorum omnium pecunia, gratia, labore corporis, sceleris etiam, si opus esset, audacia; versare suam naturam et regere ad tempus atque huc et illuc torquere ac flectere; cum tristibus severe, cum remissis iucunde, cum senibus gra-

1. atque idem *Oetling*; et quidem C **2.** inlecebrae P **3.** *post v.* laboris *seq. in libris MSS.:* flagrabant vitia lubidinis apud illum vigebant etiam studia rei militaris; *interpretamentum induxit Kayser praeeunte Bakio*; flagrabant vitia luxuriae apud illum *corr. Baehrens* **4.** monstr::::: P^1 — tam ex H S; tamen P; ex tam *ed. Lamb.* — diversis:::::nter P^1; diversisque inter (*om.* et) P^2 H S; diversisque atque inter *ed. Lamb.*; diverseque inter *Baehrens* **5.** repugnantibus H S; pugnantibus P; contrariis inter seque pugnantibus *Ernestius deleto v.* diversisque; — naturis *Pluygers*; naturae C **6.** iucundior P; iocundior H S **7.** qui::: civis P^1 — meliorum P H; melior S **8.** quis voluptatibus *om.* in S **12.** habebat C; haberet *requirit Ernestius* **14.** sceleris *scr. Oetling*; scelere C — esset audacia (audatia P) C *sed in P inter* esset *et* audacia *aliquid erasum est;* scelere..... et audacia *vett. edd.* **15.** regere C; tegere *Graevius.*

§ 13. Fronto (II, 6 p. 108 Naber): Tullium vero commotissima et familiari oratoribus figura usum, quam scriptores artium ἐπαναφορὰν vocant........ *Quis clarioribus viris quodam tempore iucundior? quis turpioribus coniunctior? quis civis meliorum partium aliquando? quis taetrior hostis huic civitati? quis in voluptatibus inquinatior? quis in laboribus patientior? quis in rapacitate avarior? quis in largitione effusior?* . . . . *cum omnibus communicare quod habebat.*

viter, cum iuventute comiter, cum facinorosis audacter, cum
14 libidinosis luxuriose vivere. Hac ille tam varia multiplicique natura cum omnes omnibus ex terris homines improbos audacesque collegerat, tum etiam multos fortes viros et bonos specie quadam virtutis assimulatae tenebat; neque umquam ex illo delendi huius imperii tam consceleratus impetus extitisset, nisi tot vitiorum tanta immanitas quibusdam facilitatis et patientiae radicibus niteretur. Quare ista condicio, iudices, respuatur, nec Catilinae familiaritatis crimen haereat; est enim commune cum multis, quibusdam etiam bonis. Me ipsum, me, inquam, quondam paene ille decepit, cum et civis mihi bonus et optimi cuiusque cupidus et firmus amicus ac fidelis videretur; cuius ego facinora oculis prius quam opinione, manibus ante quam suspicione deprehendi; cuius in magnis catervis amicorum si fuit etiam Caelius, magis est ut ipse moleste ferat errasse se, sicuti nonnumquam in eodem homine me quoque erroris mei paenitet, quam ut istius amicitiae crimen reformidet.

VII. 15 Itaque a maledictis impudicitiae ad coniurationis invidiam

---

1. iuventute C; iuvenibus *Oetling* — facinerosis P **2.** luxurie *superscr.* os H **3.** omnis omnibus P — audaces quae P **4.** fortis P **5.** adsimulatae P; *del. Oetling* **6.** delendi H S; tenendi P — sceleratus S **7.** facillitatis P[1]; facultatis *em. Madvig*; nisi tot vitiorum tanta immanitas quibusdam facilitatis et patientiae involucris tegeretur *Baehrens* **8.** condicio C; convitia . . . . . . respuatis *Francken*; suspicio *Baehrens* **9.** cum multis, quibusdam etiam bonis *Francken*; cum multis et cum quibusdam etiam bonis C; cum multis tum quibusdam etiam bonis *Klotz*; cum multis bonis et cum quibusdam etiam optimis *Baehrens* **11.** o.........mi P[1]; optumi P[2] — bonus et unicuique cupidus et firmus amicus et fidelis videretur H; fidus amicus *Lambinus* **13.** suspitione P **14.** huius in magnis catervis *susp. Ernestius* **15.** magis est cur ipse *ed. Lamb.* — sicuti P H; sicut et S; **16.** homine me quoque P[2] H S; hominem equoque P[1] **17.** quam cur istius *ed. Lamb.* **18.** impudicitiae *Garatonius coll. Quintil. IV* 2, 27: »ut si defendendus sit M. Caelius nonne optime patronus occurrat prius conviciis luxuriae, petulantiae, IMPUdicitiae quam veneficii"?; pudicitiae C — at coniurationis P[1].

oratio est vestra delapsa. Posuistis enim, atque id tamen titubanter et strictim, coniurationis hunc propter amicitiam Catilinae participem fuisse; in quo non modo crimen non haerebat, sed vix diserti adolescentis cohaerebat oratio. Qui enim tantus furor in Caelio? quod tantum aut in moribus naturaque vulnus aut in re atque fortuna? Ubi denique est in ista suspicione Caelii nomen auditum? Nimium multa de re minime dubia loquor; hoc tamen dico: non modo si socius, sed nisi inimicissimus istius sceleris fuisset, numquam coniurationis accusatione adolescentiam suam potissimum commendare voluisset.

16 Quod haud scio an de ambitu et de criminibus istis sodalium ac sequestrium, quoniam huc incidi, similiter respondendum putem. Numquam enim tam Caelius amens fuisset, ut, si se ipse isto infinito ambitu commaculasset, ambitus alterum accusaret, neque eius facti in altero suspicionem quereretur, cuius ipse sibi perpetuam licentiam optaret. Quod quamquam nec sapienter et me invito facit, tamen est eiusmodi, cupide ut magis insectari alterius innocentiam quam de se timide cogitare vi-

---

1. posuisti S **3.** crimen non haerebat C; crimine non inhaerebat *susp. Lambinus in marg.* **4.** diserti H S; deserti P — coherebat P **5.** naturae quae volnus P **8.** hoc tantum *ed. Lamb.* **9.** socius coniurationis C; coniurationis *del. Bake;* numquam coniurationis potissimum accusatione *transp. Baehrens* **11.** quod P H; qui S — istis P H; istius S **13.** si se ipse isto infinito ambitu *scripsi*; si se isto infinito a. C; si se ipse infinito a. *Oetling* **14.** am.....tus P[1] **15.** neque eius fac....ti P; neque enim facti H S; neque enim eius facti *ed. Lamb.* — quereretur *corr. Bake;* quaereret C **16.** perpetuom silentium Baehrens — *inter* optaret *et* quod quamquam (quan........am P[1]; quanquam P[2]) *libri exhibent:* nec si sibi semel periculum ambitus subeundum putaret ipse alterum iterum ambitus crimine arcesseret (arcessiret H; accersiret S); *emblema expunxi* **17.** cupide *correxi;* cupidus P H; cupiditas S; cupiditatis *cod. Lambini*; cupidus *dell. Lambinus*, *Ernestius*, *Kayser;* cupidius *Weiske*; eiusmodi, cupiat ut magis ..... cogitare videri *Baehrens.*

17 deatur. Nam quod aes alienum obiectum est, sumptus reprehensi, tabulae flagitatae, videte quam pauca respondeam: tabulas qui in patris potestate est nullas conficit; versuram numquam omnino fecit ullam; sumptus unius generis obiectus est, habitationis: triginta milibus dixistis eum habitare. Nunc demum, iudices, intelligo P. Clodii insulam esse venalem, cuius hic in aediculis habitat, decem, ut opinor, milibus; vos autem, dum illi placere vultis, ad tempus eius mendacium vestrum
18 accommodavistis. Reprehendistis, a patre quod semigravit: qui cum et ex publica causa iam esset mihi quidem molestam, sibi tamen gloriosam victoriam consecutus, et per aetatem magistratus petere posset, non modo permittente patre, sed etiam suadente ab eo semigravit, et cum domus patris a foro longe abesset, quo facilius et nostras domus obire et ipse a suis coli
VIII posset, conduxit in Palatio, non magno. Quo loco possum

---

1. repraehensi P **2.** flagitatae H S; flagitate P **4.** fecit ullam C; confecit ullam *ed. Lamb.* **6.** iudices *addidi*; nunc demum …… intellego (intelego P[1]) P; nunc demum intelligo H S **7.** aediculis P; ediculis H; hediculis S — decem ut opinor militibus P[1] **8.** voltis P — ad tempus eius P; ad tempus ei H S — vostrum P **9.** accommodavistis P H S; accommodastis *cod. Lamb.* — semigravit *Bake*; semigrarit C — *inter vv.* semigrarit *et* qui cum *libri habent:* quod quidem iam in hac aetate minime reprehendendum est; in hac iam aetate *transp. Francken*; quod quidem iam in hac aetate factum esse minime repr. est *coniecit Kayser;* iam *del. Orellius*; *insulsum additamentum inclusit Schoell* **10.** qui cum et ex publica causa S; qui cum et ex rei publicae causa (causam P[1]) P; qui cum ex rei publicae causa H — iam *om. ed. Lamb.* **12.** petere posset S; petere possit P H **14.** et quo facilius nostras *transp. Baehrens* — domus P S; domos H — obire domos *ed. Lamb.* **15.** non magno domum P S; non magnā (nā *m. sec. in ras.*) domum H; domum *delevi.*

---

§ 18 *s. f.* C. Chirius Fortunatianus (art. rhet. l. III § 7): Translatione verborum quot ex causis utimur? quatuor. quibus? necessitatis, decoris, brevitatis, intentionis. Etiam illa inter translationes ponimus quae non verbis sed nominibus translatis immutantur? vero, cum Atratinus Caelium *pulchellum Iasonem* appellat et Cicero Clodiam *Palatinam Medeam.*

dicere id, quod vir clarissimus, M. Crassus, cum de adventu regis Ptolemaei quereretur, paulo ante dixit,

'utinám ne in nemore Pélio'

ac longius quidem mihi contexere hoc carmen liceret:

'nam númquam hera érrans'

hanc molestiam nobis exhiberet,

'Medéa animo aegro, amóre saevo saúcia'.

Sic enim, iudices, reperietis, quod, cum ad id loci venero, ostendam, hanc Palatinam Medeam huic adolescenti causam sive malorum omnium sive potius sermonum fuisse.

19 Quamobrem illa, quae ex accusatorum oratione praemuniri iam et fingi intelligebam, fretus vestra prudentia, iudices, non pertimesco: aiebant enim fore testem senatorem qui se pontificiis comitiis pulsatum a Caelio diceret. A quo quaeram, si prodierit, primum cur non lege egerit? deinde, si queri quam agere maluerit, cur tanto post potius quam continuo? Si mihi ad haec acute arguteque responderit, tum quaeram denique ex quo iste fonte senator emanet. Nam si ipse orietur et nascetur

1. loc::: P^1 — marcus crassus P **2.** ptholemei H — quaereretur P **3.** pelio H S; peleo P **4.** liceret C; licet *Baehrens* **5.** nam *om.* P^1 — era P H **7.** mede P *sed in fine lineae* **8.** repperietis H — a::: i::: loci P^1 **9.** *inter vv.* medeam *et* huic adulescenti *codd. habent:* migrationemque (migrationem quae P); Palatinam migrationem Medeamque *transp. Baehrens*; hanc Pal. Med. eamque migrationem *Kayser;* migrationemque *expunxit Schoell* — sive *ante* malorum *del. Ernestius* **15.** non lege egerit *Baehrens*; cur statim nihil egerit C; statim *praeeunte Mureto exp. Schwartz* — deinde P H S; dein *cod. Lamb.* — si id queri (quaeri P) C; id *delevi* **16.** *inter vv.* agere maluerit *et* cur tanto *libri exhibent*: cur productus a vobis potius quam ipse per se; *embl. expunxi* — *inter* continuo *et* si mihi *codd. habent:* queri (quaeri P) maluerit; quaeri maluerit *inclusit Karsten* **17.** argute quae P; accurateque *Oetling* — ex quo iste fonte *Halm*; ex quot::: fo:::te P^1; ex quoto fonte P^2 H S.

ex sese, fortasse, ut soleo, commovebor; sin autem erit rivulus arcessitus et ductus ab ipso capite accusationis vestrae, laetabor, cum tanta gratia tantisque opibus accusatio vestra nitatur, unum
20 senatorem solum esse qui vobis gratificari vellet inventum. Nec magis illud genus alterum nocturnorum testium pertimesco: est enim dictum ab illis fore qui dicerent uxores suas a cena redeuntes attrectatas esse a Caelio. Graves erunt homines, qui hoc iurati dicere audeant, cum sit iis confitendum numquam se ne congressu quidem et constituto coepisse de tantis iniuriis
IX experiri. Sed totum genus oppugnationis huius, iudices, et iam prospicitis animis et, cum inferetur, propulsare debebitis. Non enim ab iisdem accusatur M. Caelius, a quibus oppugnatur:
21 palam in eum tela iaciuntur, clam subministrantur. Neque id eo dico, ut invidiosum sit in eos, quibus gloriosum etiam esse debet: funguntur officio, defendunt suos, faciunt quod viri fortissimi solent: laesi dolent, irati efferuntur, repugnant lacessiti. Sed vestrae sapientiae tamen est, iudices, non, si causa iusta est viris fortibus oppugnandi M. Caelium, ideo vobis quoque

---

1. est om. P^1 in rasura; est rivolus P^2; est rivulus H S; ut rivolus *cod. Lamb.*; ut rivolus erit arcessitus *corr. Lambinus* **2.** accersitus C **5.** magis *corr. Francken;* tamen C; tandem *Baehrens* **6.** redeuntis P **7.** attrectatas S; adtrectatas Iulius Severianus; attrectas P H **8.** audeant H; audebunt P S — eis P; his H S **9.** coepisse S; caedisse P; cedisse H **10.** et iam H S; etiam P **11.** prospicitis C; perspicitis *Baehrens* **12.** iisdem S; isdem P H **13.** tel… …aciuntur P^1; *inter* iaciuntur *et* clam *Baehrens inserendum putat:* ab aliis quam a quibus — sumministrantur P — id eo dico S; id ego dico P H; id ego eo dico *Rinkes coll. pro Roscio Amerino* § 51 in. **14.** etiam hoc esse debet C; hoc *del. Schoell* **15.** viri fortis summi …… solent P^1 **16.** repugnant *Pluygers*; pugnant C **18.** vobis quoque vos causam C vos *exp. Garatonius.*

---

§ 20. Iulius Severianus (praec. artis rhet. § 23): Contra species minuendi haec est, ut eum qui pulsavit, attigisse, qui vulneravit, laesisse dicamus, ut Cicero: *vulnus quod acu punctum videretur;* item: *uxores suas a cena redeuntes adtrectatas esse.*

causam putare esse iustam alieno dolori potius quam vestrae fidei consulendi. Quae sit multitudo in foro, quae genera, quae studia, quae varietates hominum videtis: ex hac copia quam multos esse arbitramini qui hominibus potentibus, gratiosis, divitissimis, cum aliquid eos velle arbitrentur, ultro se offerre

22 soleant, operam venditare, testimonium polliceri? Hoc ex genere si qui se in hoc iudicium forte proiecerint, excluditote eorum cupiditatem, iudices, sapientia vestra, ut eodem tempore et huius saluti et religioni vestrae et contra periculosas *paucorum* hominum potentias condicioni omnium civium providisse videamini. Equidem vos abducam a testibus, neque huius iudicii veritatem, quae mutari nullo modo potest, in voluntate testium collocari sinam, quae nullo negotio flecti ac detorqueri potest. Argumentis agemus; signis luce omni clarioribus crimina refellemus; res cum re, causa cum causa, ratio cum ratione pugnabit.

X Itaque illam partem causae facile patior graviter et ornate a

23 M. Crasso peroratam de seditionibus Neapolitanis, de Alexandrinorum pulsatione Puteolana, de bonis Pallae. Vellem dictum esset ab eodem etiam de Dione; de quo occiso tamen quid est

---

2. consulendi ...... quae sit P^1 **3.** varietates H S; varietas P — ex accopia P^1 **4.** non *ante* hominibus *desiderat Baehrens* **5.** divitissimis *scripsi*; disertis H S; desertis P; disertissimis *cod. A Leidensis* — a....iquid P^1 **6.** venditare *Baehrens;* ......re P^1; navare P^2 H S **7.** si qui se in hoc P S; si qui in se in hoc H — excludi tote P **8.** tempore huius saluti C; et *ante* huius *add. Halm* **9.** contra periculosas hominum P; contra periculosissimas hominum H S; paucorum *addidi*; *post* hominum *Baehrens suppl.* opulentorum **10.** condicioni H S; conditione P **12.** conlocari P **13.** *inter* quae *et* nullo *codd. exhibent:* facillime effingi (facillum.... effingi P^1); fingi *corr. Kayser; embl. del. Schoell* — detorquaeri P **19.** de dionae P; — de quo occiso *scripsi:* de quo ipso C — qui est P^1.

---

§ 22 *s. f.* Victorinus (ad Cic. de Invent. I c. 43 p. 110 ed. Or.): et ideo Cicero in Caeliana: *argumentis agemus, signis luce omni clarioribus crimina refellemus.*

quod expectetis? quod is, qui fecit, aut non timet aut etiam fatetur; est enim rex; qui autem dictus est adiutor fuisse et conscius, P. Asicius, iudicio est liberatus. Quod igitur est eiusmodi crimen, ut, qui commisit, non neget, qui negavit, absolutus sit, hic pertimescat, qui non modo a facti, verum etiam a conscientiae suspicione abfuit? Et si Asicio in causa plus profuit quam nocuit invidia, huic oberit tuum maledictum, qui istius facti non modo suspicione, sed ne infamia quidem est
24 adspersus? 'At praevaricatione est Asicius liberatus'. Perfacile est isti loco respondere, mihi praesertim, a quo illa causa defensa est. †† Sed Caelius optimam causam Asicii esse arbitratur; cuicuimodi autem sit, a sua putat esse seiunctam, neque solum Caelius, sed etiam adolescentes humanissimi et doctissimi, rectissimis studiis atque optimis artibus praediti, Titus Gaiusque . . . .

---

1. is qui fecit P H S^2; id S^1 **2.** rex P; reus H S — autem *om. ed. Lamb.* **3.** conscius P^2 H S; ......cius P^1 **4.** neget P^2 H S; ...get P^1 **5.** id hic pertimescat C; id *del. Karsten* — facti *Naugerius;* facto C **6.** suspitione P — abfuit S; affuit H; afuit P — Asicio in causa *Müller*; Asicio causa C; causa *del. Schoell;* Asicio causae *Baehrens* **8.** qui..... est aspersus P^1 **9.** ad praevaricationē P^1 — as........ liberatus P^1 **11.** *inter* defensa est *et* sed Caelius *lacunam deprehendit Baehrens* **12.** cuicuimodi *Augustinus*; cuius modi C — putat eius esse C; eius *del. Orellius* **13.** humanissumi et doctissumi P — rectis summis studiis atque optumis P^1; in H *ante* studiis *erasum* cu **14.** titus gaiusque P H; titus caiusque S; *post* gaiusque *a librario qui cod. P exaravit spatium vacuum quatuor versuum et dimidii relictum est, in quo a manu recentiore saec. XI vel XII, sed ita ut totum spatium non expletum sit, haec scripta sunt:* omni cū doctrina homo atque humanitatis tū etiam hospitio dionis tenebantur habitabat is apud l. lucceiū ut audistis fuerat ei. *Eadem extant in H. Cod. S. habet:* titus caiusque coponii qui ex omnibus maxime dionis mortem doluerunt, qui cum doctrinae studio atque humanitatis tum etiam hospitio dionis tenebantur, habitabat is apud luceium ut audistis fuerat ei.

. . . . cognitus Alexandriae. Quid aut hic
aut summo splendore praeditus frater eius de M. Caelio existi-
25 met ex ipsis, si producti erunt, audietis. Ergo haec removeantur,
ut aliquando, in quibus causa nititur, ad ea veniamus.

XI Animadverti enim, iudices, audiri a vobis meum familiarem,
L. Herennium, perattente; in quo etsi magna ex parte ingenio
eius et dicendi genere quodammodo tenebamini, tamen nonnum-
quam verebar ne illa subtiliter ad criminandum instructa oratio
ad animos vestros sensim ac leniter accideret. Dixit enim multa
de luxurie, multa de libidine, multa de vitiis iuventutis, multa
de moribus, et qui in reliqua vita mitis esset et in hac sua-
vitate humanitatis, qua prope iam delectantur omnes, versari
periucunde soleret, fuit in hac causa pertristis quidam patruus,
censor, magister: obiurgavit M. Caelium sicut neminem umquam
parens; multa de incontinentia intemperantiaque disseruit. Quid
quaeritis, iudices? ignoscebam vobis attente audientibus, prop-
terea quod egomet tam triste illud et tam asperum genus ora-
26 tionis horrebam. Ac prima pars fuit illa, quae me minus
movebat, fuisse meo necessario Bestiae Caelium familiarem;
cenasse apud eum, ventitasse domum, studuisse praeturae. Quae
perspicue falsa sunt; etenim eos una cenasse dixit, qui aut

---

1. quit ::ut hic P[1] **3.** removeantur *vett. edd.*; removentur C **6.** e::::::::i magna ex parte P[1]; et si m. ex. p. P[2] — *inter* magna *et* ex parte *spatium relictum in P* **7.** quodammodo *scripsi;* quodam C **8.** suptiliter P — instructa *correxi*; inducta C **9.** ad animos P[2]; ::d animos P[1]; ad *om.* H S — leniter *cod. Gembl.*; leuiter P H S — accideret *vett. edd.*; accederet P; accenderet H S; arreperet *Baehrens* **10.** luxurie H[1]; luxuria H[2] S; luxoriae P **11.** et qui *cod. Gembl.* ut qui C **12.** prop::: P[1] — omnes P S; homines H **13.** fuit P H; fuerit S — patruus P H; patrius S **15.** intemperantia quae P[1] **16.** ignoscebam C; irascebar *Weiske* **18.** horrebam C; non abhorrebam *requirit Ernestius* — ac prima *vett. edd.*; hac prima C **19.** me::: necessario P[1] **20.** caenasse P — venditasse P[1] — *post* praeturae *libri habent:* non me haec movent; *emblema exp. Schoell.* — quae perspicue C; quia perspicue *Baehrens* **21.** eos una cenasse dicit H S; eos una cena se dixit P — qui aut absunt H S; quia // ut absunt P.

absunt aut quibus necesse est idem dicere *de se*. Neque vero illud me commovet, quod sibi in Lupercis sodalem esse Caelium dixit. Fera quaedam sodalitas et plane pastoricia atque agrestis germanorum Lupercorum! quorum coitio illa silvestris ante est instituta quam humanitas atque leges, si quidem non modo nomina deferunt inter se sodales, sed etiam commemorant sodalitatem in accusando, ut ne quis quid forte nesciat timere
27 videantur. Sed haec omittam: ad illa, quae me magis moverunt, respondebo. Deliciarum obiurgatio fuit longa et eo lenior, plusque disputatio *ista suavitatis* habuit quam atrocitatis; quo etiam audita est attentius. Nam P. Clodius, amicus meus, cum se gravissime vehementissimeque iactaret et omnia inflammaret tristissimis verbis, voce maxima, tametsi probabam eius eloquentiam, tamen non pertimescebam: aliquot enim in causis eum videram frustra litigantem. Tibi autem, Balbe, respondeo primum precario, si fas est defendi a me eum, qui nullum

---

1. aut quibus C; aut de quibus *em. Abramius* — de se *supplevi;* idem ...... neque P[1]; dicere P[2] *in rasura* **3.** fera quaedam C; fera ista *schol. ad Lucanum* (I. 602) — pastoricia P[2] H S; pa...... P[1] (pastoralis?) **5.** legis P **7.** ne quis quid *scripsi;* ne quis id P[1] S; ne si quis id P[2] H **8.** videantur *Hotomannus;* videatur C — me *ante* magis *om.* S **9.** respondebo *Orellius;* respondeo C — et eo lenior *Kayser;* et ea lenior C **10.** plusque disputatio ista suavitatis habuit *scripsi;* plusque disputatio ista humanitatis habuit *Francken;* plusque disputationis habuit C **12.** vehementissumeque P H; vehementissime S — inflammaret *Bake;* inflammatus ageret C; inflammatius ageret *Panagathus;* inflammans ageret *Baehrens* **13.** tristissumis P; iratissumis *requirit Baehrens* **14.** aliquot H S; aliquod P **15.** eum *om.* S — ita *ante* ligitantem *ins. Baehrens* — respondeo C; respondebo Donatus **16.** praecario P[1] — si licet si fas est P H; scilicet si fas est S; *gloss.* si licet *del. Oetling.*

---

§ 27. Donatus ad Ter. Hecyram (IV. 1. 30): *tibi autem, Balbe, respondebo primum precario, si fas est defendi a me eum, qui in hortis fuerit, qui unguenta sumpserit, qui Baias viderit.*

convivium renuerit, qui unguenta sumpserit, qui Baias viderit.
XII 28 Equidem multos et vidi in hac civitate et audivi, non modo
qui primoribus labris gustassent genus hoc vitae et extremis, ut
dicitur, digitis attigissent, sed qui totam adolescentiam volup-
tatibus dedidissent, emersisse aliquando et se ad frugem bonam
recepisse, gravesque homines atque illustres fuisse; datur enim
concessu omnium huic aliqui ludus aetati et ipsa natura pro-
fundit adolescentiae cupiditates; quae si ita erumpunt, ut nul-
lius vitam labefactent, nullius domum evertant, faciles et tole-
29 rabiles haberi solent. Sed tu mihi videbare ex communi infamia
iuventutis aliquam invidiam Caelio velle conflare; itaque omne
illud silentium, quod est orationi tributum tuae, fuit ob eam
causam, quod uno reo proposito de multorum vitiis cogitaba-
mus. Facile est accusare luxuriem: dies me deficiat, si quae dici
in eam sententiam possint, coner expromere; de corruptelis, de
adulteriis, de protervitate, de sumptibus immensa oratio est.
Ut tibi reum neminem proponas, res tamen copiose et graviter

---

1. *post. v.* convivium *sequuntur in P* (*ut et in ll. Gembl. et Erf.*) et nocturnos quosdam (*v.* § 36) *mediis intermissis quae* § 17 *inserta sunt post* mendacium vostrum. *In margine scriptum est:* »hic repete quod dimisisti." *Rectum verborum ordinem servant H S* — renuerit S; rennuerit H; reminierit P — ungenta P — viderit C; viserit *corr. Baiter Baehrens Müller* — qui.... renuerit *om. Donatus sed ante* qui unguenta *addit:* qui in hortis fuerit — ba..ias P **2.** equidem P^2 H S; et quidem P^1 **5.** dedidissent *Hervagius;* dedissent C — *inter* frugem bonam *et* recepisse *libri habent:* ut dicitur. *Expunxi* **6.** gravisque P — inlustris P; *pro* inlustris *Baehrens requirit* industrios **7.** aliqui P; aliquis H S (*in H* aliquis ludus *a m. sec. in ras.*). **10.** habere P^1 **11.** itaque omne illud P H; ita commune illud S; atquei omne illud *Baehrens* **14.** dies iam C; dies etiam *Francken;* iam *del. Baehrens* — deficiat P; deficiet H S **15.** possint *Ernestius;* possunt C — coner P^2 H S; con.... P^1 — de corruptelis *susp. habet Müller* **16.** inmensa P H **17.** ut tibi reum neminem sed vitia proponas C; sed vitia *exemi;* sed vitia ipsa *ed. Lamb.*; *aut* sed vitia *aut in seqq.* res ipsa *eiiciendum censet Bake* — res tamen copiose et graviter *scripsi;* res tamen ipsae et graviter P^1;

accusari potest. Sed vestrae sapientiae, iudices, est non abduci ab reo nec quos aculeos habeat severitas gravitasque vestra, cum eos accusator erexerit in vitia, in mores, in tempora, emittere in reum, cum is non suo crimine, sed multorum vitio
30 sit in quoddam odium iniustum vocatus. Itaque severitati tuae ut oportet respondere non audeo; erat enim meum deprecari vacationem adolescentiae veniamque petere; non, inquam, audeo; perfugiis non utor aetatis, concessa omnibus iura dimitto; tantum peto, ut, si qua est invidia communis hoc tempore aeris alieni, petulantiae, libidinum iuventutis, quam video esse magnam, ne huic aliena peccata, ne aetatis ac temporum vitia noceant. Atque ego idem, qui haec postulo, quin criminibus, quae in hunc proprie conferuntur, diligentissime respondeam non recuso.

XIII Sunt autem duo crimina, auri et veneni, in quibus una atque eadem persona versatur. Omnia sunt alia iurgii petulantis magis quam publicae quaestionis. Adulter, impudicus, sequester convicium est, non accusatio; nullum est enim fundamentum horum omnium, nulla sedes; voces sunt contumeliosae, temere ab irato accusatore, nullo auctore, emissae: horum duorum criminum

---

res tamen ipsa et graviter H; res tantum ipsa et graviter S; res tamen ipsa et copiose et graviter accusari potest *Ernestius;* res tamen sat graviter accusari potest *Baehrens* **1**. iudices ē (ē *in ras.*) P **2**. gravitas quae P' **3**. eos accusator P S; eo se assecutor H — erexerit in rem in vitia C; in rem *induxit Leutsch* **4**. emittere in hominem et in reum C; in hominem et *del. Leutsch* **5**. quodam P¹ **6**. ita respondere C; ita *induxit Schoell* **9**. si qua est communis hoc tempore ...... iuventuti invidia quam *transp. Baehrens* **16**. versatur P; urgetur H S; vocatur *corr. Baehrens* — *inter* versatur *et* omnia *libri habent:* aurum sumptum a Clodia venenum quaesitum quod clodiae (clodie P) daretur dicitur: *embl. induxit Schoell coll. c.* XXI *initio* — *inter* alia *et* iurgii *codd. exhibent:* non crimina sed maledicta: *embl. exp. Schoell;* omnia alia non sunt crimina sed maledicta *transp. Weiske* **17**. inpudicus P — convitium P **18**. horum omnium *scripsi coll. cap.* XIII *initio;* horum criminum C **20**. accusare nullo aucto remissae P¹.

31 video fontem, video auctorem, video certum nomen et caput.
Auro opus fuit: sumpsit a Clodia, sumpsit sine teste, habuit
quam diu voluit: magnum video signum cuiusdam egregiae fa-
miliaritatis. Necare eandem voluit, quaesivit venenum, sollici-
tavit servos, potionem paravit, locum constituit, attulit: magnum
rursus odium video cum crudelissimo discidio extitisse. Res est
omnis in hac causa nobis, iudices, cum Clodia, muliere non
solum nobili, sed etiam nota; de qua ego nihil dicam, nisi
depellendi criminis causa. Sed intelligis pro tua praestanti pru-
32 dentia, Cn. Domiti, cum hac sola rem esse nobis: quae si se
aurum Caelio commodasse non dicit, si venenum ab hoc sibi

---

1. video. Video fontem video H — capud P^1 H **3.** a Clodia C (a P^2 *in ras.*) **4.** magnum *corr. Bake;* maximum C **5.** necare eandem *Ernestius cum vett. edd.*; negare eandem P S^2; negare eidem H S^1 — voluit P H; noluit S — sollicitavit servos potionem paravit *Baehrens;* sollicitavit quos potuit paravit C (paruit P, a *superscr. ab ipsa prima manu*) **7.** rursum S **9.** nobili sed P^2 H S; nobi ..... P^1; nobili verum *Quintilianus* **11.** Cn. Domiti P S; Gn. Domiti H — quae si se P S; quesisse H **12.** commodasse se non dicit H S — si *ante* venenum *om.* H S^1.

---

§ 31 *s. f.* Quintil. IX. 4. 97 seq.: optime praecedet eum creticus ut in hoc: *de qua ego nihil dicam nisi depellendi criminis causa. . . . .* potest, etiamsi minus bene, praeponi anapaestus: *muliere non solum nobili verum etiam nota.*

§ 32. Arusianus Messius (p. 475 Keil): Cicero pro Caelio: *si matrem familias, secus quam matronarum sanctitas postulat, nominamus.*

Ibid. Iulius Rufinianus (de figuris sentt. § 7) σαρκασμός . . . . . . et pro Caelio: *quod facerem vehementius, nisi mihi intercederent inimicitiae cum istius mulieris viro — fratre volui dicere; semper hic erro.*

Ibid. Claudius Sacerdos (p. 468 Keil): et Cicero: *cum huius mulieris viro — fratrem volui dicere; semper hic erro.*

Ibid. C. Iulius Victor (de figuratis XXI *s. f.* p. 435 Halm): Tertium genus est, quod etsi palam liceat dicere, elegantius tamen figuratur ut Marcus Tullius: *semper hic erro.*

Ibid. *s. f.* Quintil. IX. 2. 99: levissimum autem longe genus ex verbo, etiamsi est apud Ciceronem in Clodiam: *praesertim quam omnes amicam omnium potius quam cuiusquam inimicam putaverunt.*

paratum esse non arguit, petulanter facimus, si matremfamilias secus quam matronarum sanctitas postulat nominamus; sin ista muliere remota nec crimen ullum nec opes ad oppugnandum Caelium illis relinquentur, quid est aliud quod nos patroni facere debeamus, nisi ut eos, qui insectantur, repellamus? Quod quidem facerem vehementius, nisi intercederent mihi inimicitiae cum istius mulieris viro — fratre volui dicere: semper hic erro. Nunc agam modice nec longius progrediar, quam me mea fides et causa ipsa coget; neque enim muliebres umquam inimicitias mihi gerendas putavi, praesertim cum ea, quam omnes semper amicam omnium potius quam cuiusquam inimicam putaverunt.

XIV Sed tamen ex ipsa quaeram prius utrum me secum severe et
33 graviter et prisce agere malit an remisse et leniter et urbane. Si enim illo austero more ac modo, aliquis mihi ab inferis excitandus est ex barbatis illis, non hac barbula, qua ista delectatur, sed illa horrida, quam in statuis antiquis atque ima-

---

2. sinist::::: amuliere P¹ **3**. nec crimen H S; necrimen P — opes H S; opus P **4**. relinquentur H S; relinquontur P — nos *om.* S **6**. intercederent mihi C; mihi intercederent *Rufinianus* **7**. fratre P H; fratrem S — erro P² S; er::::: P¹; ergo H **10**. cum ea C (ea P² *in ras.*); cum ea *om. Quintilianus* **12**. ex ipsa P S; ex ipsis H **13**. mali::: P¹ **14**. si enim illo *corr. Baehrens;* sin illo C; si illo *Ernestius* — austero *om.* S **16**. sed illa horrida *edd. vett.*; sed ex illa horrida C — atque imaginibus P; et imaginibus H S.

---

§ 33. Aquila Romanus (de figuris sentt. § 3): Talis est illa pro Caelio Appii Caeci persona, inducta contra Clodium ita dicens: *Mulier quid tibi cum Caelio? quid cum adolescentulo? quid cum alieno?*

Ibid. Schemata dianoeas quae ad rhetores pertinent (v. Eckstein Anecd.) 6: *προσωποποιία* .... defuncti. *Mulier quid tibi cum homine adolescentulo, quid cum alieno?*

Ibid. Iulius Severianus (praec. artis rhet. § 11): Propositis quibus responsuri sumus quaerendum nobis erit an inter se comparata repugnantia sint, ut suis armis corruant.... Item pro Caelio: *Cur aut tam familiaris fuisti ut aurum commodares aut tam inimica ut venenum timeres?*

Ibid. *s. f.* Quintil. IX. 4. 102: bacchius et claudit et sibi iungitur *venenum timeres*, vel choreum et spondeum ante se amat: *ut venenum timeres.*

ginibus videmus, qui obiurget mulierem et pro me loquatur, ne mihi ista forte succenseat: existat igitur ex hac ipsa familia aliquis ac potissimum Caecus ille; minimum enim dolorem capiet qui istam non videbit — qui profecto si extiterit, sic aget ac sic loquetur: 'mulier, quid tibi cum Caelio? quid cum homine adolescentulo? quid cum alieno? cur aut tam familiaris huic fuisti, ut aurum commodares, aut tam inimica, ut venenum timeres? non patrem tuum videras, non patruum, non avum, proavum, *abavum*, atavum audieras consules fuisse? non denique
34 modo te Q. Metelli matrimonium tenuisse sciebas, clarissimi ac fortissimi viri patriaeque amantissimi? qui simul ac pedem limine extulerat, omnes prope cives virtute, gloria, dignitate superabat. Cum ex amplissimo genere in familiam clarissimam nupsisses, cur tibi Caelius tam coniunctus fuit? cognatus fuit? affinis? viri tui familiaris? Nihil eorum. Quid igitur fuit nisi quaedam temeritas ac libido? nonne te, si nostrae imagines viriles non commovebant, ne progenies quidem mea, Q. illa

---

2. succenseat H S; suscenseat P **4.** qui istam P H; qui ista S — si extiterit P H; si extitit S — ac sic P; et sic H S **5.** homine *om. Aquila Romanus* **6.** *post* adulescentulo (ulo *in ras.*) *in P duo vv. erasa sunt* — huic *post* familiaris *om. I. Severianus* **8.** non patrem P; num patrem H S — non patruum non avum (avom P¹) P H; num patruum num avum S **9.** atavum P H; attavum S — non avum non proavum non atavum *corr. Lambinus;* abavum *ante* atavum *excidisse vidit Nipperdey* **10.** teq Metelli P¹ — ac fortissimi P; et fortissimi H S **11.** patriae quae P¹ **12.** omnis prope civis P **13.** nupsisses C; innupsisses *em. Oudendorpius. at cf. Plauti Trin. Act. III v.* 605: »sine dote ille illam in tantas divitias dabit"? **14.** tam *ante* coniunctus *om.* S — fuit *ante* cognatus *add. Ernestius* **15.** adfinis P — faliaris P — nihil eorum P H S; nihil horum *Ernestius. Cf. tamen II Verr. III* § 140.

---

§ 34. Priscianus (XVIII, 2. 20 Keil): Cicero pro Caelio: *clarissimi ac fortissimi patriaeque amantissimi.*

Ibid. Quintil. IX. 4. 104: accipiet ante se choreus et pyrrhichium: *omnes prope cives virtute, gloria, dignitate superabat.*

Claudia, aemulam domesticae laudis in gloria muliebri esse admonebat? non virgo illa Vestalis Claudia, quae patrem complexa triumphantem ab inimico tribuno plebei de curru detrahi passa non est? cur te fraterna vitia potius quam bona paterna et avita et usque a nobis cum in viris tum etiam in feminis repetita *allectav*erunt? Ideone ego pacem Pyrrhi diremi, ut tu amorum turpissimorum quotidie foedera ferires? ideo aquam adduxi, ut ea tu inceste uterere? Ideo viam munivi, ut eam tu alienis viris comitata celebrares?

XV 35 Sed quid ego, iudices, ita gravem personam induxi, uti verear ne se idem Appius repente convertat et Caelium incipiat accusare illa sua gravitate censoria? Sed videro hoc posterius atque ita videro, ut vel severissimis disceptatoribus M. Caelii vitam me probaturum esse confidam. Tu vero mulier — iam enim ipse tecum, nulla persona introducta, loquor: si ea quae facis, quae dicis, quae insimulas, quae moliris, quae arguis, probare cogitas, rationem tantae familiaritatis, tantae consuetudinis, tantae coniunctionis reddas atque exponas necesse est. Accusatores quidem libidines amores, baias actas, comissationes

---

2. ammonebat H. — num virgo S **5.** usque a nobis P; usque nobiscum (*om.* a) H S **6.** allectaverunt *coniecit Halm;* ………… erunt P^1; mou *add.* P^2 *in rasura maiore;* moverunt H S — deremi P^1 **7.** cotidiae P — ferrires P **8.** ut ea tu inceste H; ut eat vinceste P; ut ea tu incesta S **10.** iudicesit agravem P^1 — induxi C; introduxi *Quintilianus* — uti verear *corr. Baehrens;* ut et verear P; ut verear S; ut etiam verear *Wesenberg* **13.** atque ita videro *em. Halm;* atque ita iudices C — ut vel S; ut *om.* P H — caeliui tamme P^1 **14.** tu vero P; tu modo H S **15.** si ea quae facis quae dicis quae insimulas quae moliris quae arguis probare cogitas S; *inter* si ea quae *et* probare cogitas *in P a prima manu spatium relictum est unius versus et dimidii: lacunam ita explevit manus alia sed vetus:* facis quae dicis quae in sororem tuam moliris quae argumenta: *eadem extant in H* **18.** et tantae consuetudinis et tantae coniunctionis H S **19.** lubidines amores

---

§ 35. Quintil. IX. 2. 60: hinc est quasi paenitentia dicti, ut pro Caelio: *sed quid ego ita gravem personam introduxi?*

symphonias iactant, iidemque significant nihil se te invita dicere. Quae tu, quoniam mente nescio qua effrenata atque praecipiti in forum deferri iudiciumque voluisti, aut diluas oportet aut nihil neque crimini tuo neque testimonio credendum esse fateare.
36 Sin autem urbanius me agere mavis, sic agam tecum: removebo illum senem durum ac paene agrestem; ex intimis tuis sumam aliquem ac potissimum minimum fratrem, qui est in isto genere urbanissimus; qui te amat plurimum; qui propter nescio quam timiditatem et nocturnos quosdam inanes metus tecum semper pusio cum maiore sorore cubitavit. Eum putato tecum loqui 'quid tumultuaris, soror? quid insanis?

---

adulteria baias (b … P[1]) actas (acta H S) convivia comissationes (comisationes P[2]; comessationes H S) cantus symphonias (simphonias H) navigia iactant C; *vv.* adulteria, convivia, cantus, navigia *susp. hab. Francken; ego eieci* **1.** idem quae significant P[1] **2.** nescio quae frenata P[1] **3.** iudicium quae voluisti P[1] — aut diluas oportet aut falsa esse doceas aut nihil C; ac falsa *corr. Halm;* aut falsa esse doceas *exemit Baiter* **4.** neque crimini tuo H S *et* P *in rasura;* ne … uo P[1] **5.** meageremauis P[1] **6.** ex intimis tuis *Vollenhoven;* ex is igitur tuis P[1]; ex iis igitur tuis P[2]; ex his igitur tuis H S; ex his iunioribus *Baehrens* — sumam H S *et* P[2] *in rasura; pro* ex his igitur tuis sumam *Halm requirit:* excitabo iuvenem aliquem *aut simile quid* **8.** plurimum quid H S; plurimum qu… P[1]: plurimumque P[2] — nescio quam credo timiditatem P: nescio quam credo temeritatem H S; credo *recte om. cod. Gembl.* **9.** *post* timiditatem *seqq. in P:* et noc (et noc *in margine*) accommodavistis. reprehendistis *usque ad* nullum convivium (§ 18—27 fin.). *Similiter in codd. Gembl. et Erf.* **10.** sor…e P[1] **11.** quid tumultuaris H S; qui t. P[1]; quit t. P[2].

---

§ 36. Quintil. VIII. 3. 22: *pusio qui cum maiore sorore cubitabat.*

Ibid. C. Iulius Victor (de figuratis XXI *s. f.* p. 435 Halm): Tertium genus est, quod etsi palam liceat dicere, elegantius tamen figuratur, ut Marcus Tullius: *semper hic erro et cum propter nocturnos metus cum sorore cubitaret* et talia.

'Quid clamore exórsa turbas párvam rem magnám facis'?
Vicinum adolescentulum adspexisti; candor huius te et proceritas, vultus oculique pepulerunt; vidisti nonnumquam domi, in hortis; saepius videre voluisti; vis mobilis mulier filiumfamilias patre parco ac tenaci habere tuis copiis devinctum, non potes; calcitrat, respuit, non putat tua dona esse tanti: confer te alio. Habes hortos ad Tiberim ac diligenter eo loco parasti, quo omnis iuventus natandi causa venit: hinc licet condiciones
XVI 37 quotidie legas. Cur huic, qui te spernit, molesta es? Redeo nunc ad te, Caeli, vicissim, ac mihi auctoritatem patriam severitatemque suscipio; sed dubito quem patrem potissimum sumam; Caecilianumne aliquem, vehementem atque durum?

'Núnc enim demum mi ánimus ardet, núnc meum cor cumulátur ira',

aut illum:

'O infélix, ó sceleste! egón quid dicam, quíd velim?
Quae ómnia *tu* tûis foédis factis fácis ut nequiquám velim'.

Ferrei sunt isti patres..... vix ferendi. Diceret talis pater: 'Cur

---

1. clamore P H; clamores S — turbas *em. Baehrens;* verbis C — parvam H S; parum P; *hunc versum comicum esse primus vidit Beierus* **3**. pepulerunt H S; perpulerunt P — vidisti nonnumquam domi, in hortis; saepius videre voluisti *Bake;* saepius videre voluisti fuisti nonnumquam in iisdem (isdem P^2 H; hisdem P^1 S) hortis (ortis S) C **4**. vis P^1; visa P^2 H S — mobilis *corr. Baehrens;* nobilis C; vidua locuples *aut simile quid requirit Bake* — illum filium familias C; illum *exp. Bake* **5**. devictum P^1 — non potes::: P **6**. confer::: P^1; confer te P^2 **7**. parasti P; praeparasti H S **8**. conditiones cotidie P **9**. es *om.* P^1 **11**. suscipio S; suspicio P H **13**. mi animus *corr. Ribbeck;* mihi animus C — nunc enim meum cor tumultuatur S **16**. o infelix o sceleste ferrei sunt isti patres egone quid (qui P^1) dicam egone quid velim quae tu omnia tuis foedis factis ut nequiquam (nequicquam S) velim C; *trochaicos numeros restituit Francken* **17**. *inter* nequiquam velim *et* diceret *P habet:* vix ferendi; H S vix ferenda; ferrei sunt isti patres..... vix ferendi *coniungit Baehrens;* vix ferendi *induxerunt Francken et Schoell.*

te in istam vicinitatem meretriciam contulisti? cur illecebris cognitis non refugisti?

Cúr alienam ullám mulierem nósti? dide ac dísice!
Pér me licét: *enim* si egebis, tíbi dolebit, *nón mihi;*
Míhi sat est, qui aetátis quod relícuomst oblectém meae'.

38 Huic tristi ac directo seni responderet Caelius . . . . . .
. . . .
Quid signi? nulli sumptus, nulla iactura, nulla versura. 'At fuit fama'. Quotusquisque istam effugere potest in tam maledica civitate? Vicinum eius mulieris miraris male audisse, cuius frater germanus sermones iniquorum effugere non potuit? Leni vero ac clementi patre, cuiusmodi ille est:

'Foris effregit? restituentur; discidit
Vestem? resarcietur'.

---

1. inlecebris P **3.** cur alienam ullam mulierem (mulie::::rem P) nosti dede. (dide P^1) ac disce C **4.** per me licebit P H S *sed in* P er *est in ras. plurium literarum; ibidem literae* li *in ras.* — si egebis tibi dolebit mihi sat est qui aetatis quod reliquum (reliquom P) est oblectem meae (me S) C; *numeros trochaicos restituit Francken; idem emendavit* dide ac disice; dide ac dissice *Puteanus* — per me licet enim si egebis *Baehrens;* per me tibi licet si egebis *Francken* **6.** derecto P *(vide Francken in Mnem. a.* 1880 *p.* 221); decrepito H S — *post v.* Caelius *libri habent:* se nulla cupiditate inductum de via decessisse; *verba prorsus languida et frigida ut spuria eiecit Oetling;* se nulla .... in tam *om.* P^1 *in lacuna, quae expleta est alia manu sed non multo aetate inferiore; post vv.* potest *et* tam *spatia relicta sunt* **9.** quotus quisque istam P H S; quotusquisque est qui istam T — potest P H S T; possit *corr. Halm* **10.** minaris T^1 **11.** iniquorum P H T; inimicorum S **12.** patre S *ut coniecerat Schwartz;* patri P H T — *post* ille est H *addit* respondet, S responderet **13.** e::fregit P^1 (ecfregit?).

---

§ 38 *s. f.* Quintil. VIII. 4. 1: utriusque pariter exemplum est pro M. Caelio: si vidua libere, proterva petulanter, dives effuse, libidinosa meretricio more viveret, adulterum ego putarem, si qui hanc paulo liberius salutasset?

Caelii causa est expeditissima. Quid enim est in quo se non facile defenderet? nihil iam in istam mulierem dico: sed, si esset aliqua haud dissimilis istius, quae se omnibus pervulgaret, quae haberet palam devinctum semper aliquem, cuius in hortos, domum, baias iure suo libidines omnium commearent, quae etiam aleret adolescentes et parsimoniam patrum suis sumptibus sustentaret; si vidua libere, proterva petulanter, dives effuse, libidinosa meretricio more viveret, adulterum ego putarem, si quis hanc paulo liberius salutasset?

XVII 39 Dicet aliquis: 'haec est igitur tua disciplina? sic tu instituis adolescentes? ob hanc causam tibi hunc puerum parens commendavit et tradidit, ut in amore atque in voluptatibus adolescentiam suam collocaret et ut hanc tu vitam atque haec studia defenderes? Ego, si qui, iudices, hoc robore animi atque hac indole virtutis ac continentiae fuit, ut respueret omnes voluptates omnemque vitae suae cursum in labore corporis atque in animi contentione conficeret, quem non quies, non remissio, non aequalium studia, non ludi, non convivia delectarent, qui nihil in vita expetendum putaret, nisi quod esset cum laude et

---

1. Caelii causa *Ernestius cum vett. edd.*; filii causa P H S; fili causa T — quid enim est *corr. Bake cum cod. Erf.)*; quid enim esset C — non facile P T; facile non H S **3.** haud *ante* dissimilis *inserui* — pervolgaret C **4.** devinctum *correxi;* decretum C; delectum *Garatonius; de caterva Francken* — hortus P^1 **5.** cummearent P^1 **7.** effusae P^1 **8.** si quis C; si qui *Quintilianus* **10.** est igitur F; igitur est P H S **12.** atque in voluptatibus P H S; et in voluptatibus T **13.** conlocaret P — et ut hanc T; et hanc P H S **14.** defenderes P H T; defendes S *ut voluerat Bake* — si qui P H; si quis S; si quid T — atque in hac indole T **15.** ac continentiae P H S; adq T^1; ad T^2 — omnis voluptatis P **16.** cursum H S; cursim P **18.** convivia P H S; convivium T — qui *add. Halm* **19.** expetundum H.

---

§ 39. Quintil. IX. 2, 15: aliter pro Caelio ficta interrogatione: *dicet aliquis: haec igitur est tua disciplina? sic tu instituis adolescentes?* et totus locus, deinde: *ego, si qui, iudices, hoc robore animi atque hac indole virtutis ac continentiae fuit* et cetera.

cum dignitate coniunctum, hunc mea sententia divinis quibusdam bonis instructum atque ornatum putatote. Ex hoc genere illos fuisse arbitror Camillos, Fabricios, Curios omnesque eos,
40 qui haec ex minimis tanta fecerunt. Verum haec genera virtutum non solum in moribus nostris, sed vix iam in libris reperiuntur; chartae quoque, quae illam pristinam severitatem continebant, obsoleverunt; neque solum apud nos, qui hanc sectam rationemque vita et re magis quam verbis secuti sumus, sed etiam apud Graecos, doctissimos homines, quibus, cum facere non possent, loqui tamen et scribere honeste et magnifice licebat, alia quaedam mutatis temporibus praecepta extiterunt;
41 itaque alii voluptatis causa omnia sapientem facere dixerunt, alii cum voluptate dignitatem coniungendam putaverunt: illud unum directum iter ad laudem qui probaverunt, prope soli iam

---

2. hornatum T — putatote *scripsi:* puto C; putate *Francken* **3.** cumillos P[1] — illos fabricios fuisse arbitror camillos curios T — omnes quae eos T; omnis quae eos P[1] **6.** repperiuntur P H — chartae H S; carthae P T **7.** continebant C; obtinebant *Priscianus* — obsoleverunt P H; obsoluerunt S **8.** rationem quae P[1] — vita et re magis *corr. Bake;* vitae re magis C **9.** doctissimus P[1] **11.** aliqua quaedam P[1] — mutatis graeciae (graetiae P) temporibus C; graeciae *expunxi; susp. haec vv. habet Francken* **12.** alii H S; ali P — sapientem *corr. Bake;* sapientes C — *inter vv.* dixerunt *et* alii *libri habent:* neque ab hac orationis (orationes P[1]) turpitudine eruditi homines refugerunt: *embl. expunxi* **13.** coniungendam C; copulandam *corr. Orellius* — *inter vv.* putaverunt *et* illud unum *codd. exhibent:* ut res maxime (maxume P) inter se repugnantis dicendi facultate coniungerent*; embl. exemi;* facultate *susp. hab. Ernestius;* docendi facultate *requirit Bake* **14.** ad laudem cum labore qui probaverunt C; *exemi* cum labore — soli iam P[2] H S; soli ::am P[1]; iam solis in scholis *Oetling.*

---

§ 40. Priscianus (IX. 10. 54 Keil): idem pro Caelio: *chartae* quoque, quae illam pristinam severitatem obtinebant, obsoleverunt.

§ 41. T. Petronii Satyr. c. 3: nam nisi dixerint quod adolescentuli probent, ut ait Cicero, *soli in scholis relinquentur.*

in scholis sunt relicti. Multa enim nobis blandimenta natura ipsa genuit, quibus sopita virtus conniveret interdum; multas vias adolescentiae lubricas ostendit, quibus illa insistere aut ingredi sine casu aliquo aut prolapsione vix posset: multarum rerum iucundissimarum varietatem dedit, qua non modo haec aetas, sed etiam iam corroborata caperetur. Quamobrem si quem forte inveneritis qui aspernetur oculis pulchritudinem rerum, non odore ullo, non tactu, non sapore capiatur, excludat auribus omnem suavitatem, huic homini ego fortasse et pauci
XVIII deos propitios, plerique autem iratos putabunt. Ergo haec deserta via et inculta atque interclusa iam frondibus et virgultis relinquatur; detur aliqui ludus aetati; sit adolescentia liberior; non omnia voluptatibus denegentur; non semper superet severa illa et directa ratio; vincat aliquando cupiditas voluptasque; dummodo illa in hoc genere praescriptio moderatioque teneatur ut parcat iuventus pudicitiae suae, ne spoliet alienam, ne effundat patrimonium, ne faenore trucidetur, ne incurrat in alterius domum atque familiam, ne probrum castis, labem integris, infamiam bonis inferat; ne quem vi terreat, ne intersit insidiis, scelere careat; postremo cum paruerit voluptatibus, revocet se

---

1. multae enim P^1 **2.** coniveret P — et interdum C **3.** adulescentia P^2 **4.** casus P^1 — aut prolapsione P H S; ac prolapsione T — et multarum rerum H T **6.** conroborata **7.** inveneritis P^2 H S; inveniretis P^1 **8.** odiore P^1 — iactu P^1 — sa::ore P^1 **10.** propitius T — plerique ut autem P^1 — iratus P^1 — putabunt P H S; putaverunt T **12.** detur aliqui ludus aetati T; detur aliquid aetati P H S — sit P^2 *in ras. maiore* — liberior (ior *in P superscr. m. sec.*) **13.** severa illa *Baehrens;* vera illa C **14.** voluptasque rationem C; *delevi* rationem **15.** moderatio qui P^1 — ut *ante* parcat *add. Bake* **18.** familiam *em. Lambinus;* famam P H S; nomen atque famam *Bake* — probum H **20.** *inter vv.* paruerit voluptatibus *et* revocet *libri habent:* dederit aliquid temporis (tempori T) ad ludum aetatis atque ad inanis hasce (hascae P^1) adulescentiae cupiditates: *locum interpolatum esse primus vidit Francken;* dederit aliquid temporis ad ludum aetati, satiaverit naturalis hasce adulescentiae cupiditates *coniecit Baehrens.*

aliquando ad curam rei domesticae, rei forensis reique publicae, ut ea, quae ignoratione antea non perspexerat, satietate abie-
43 cisse, experiendo contempsisse videatur. Ac multi et nostra et patrum maiorumque memoria, iudices, summi homines et clarissimi cives fuerunt, quorum cum adolescentiae cupiditates deferbuissent, eximiae virtutes firmata iam aetate extiterunt; ex quibus neminem mihi libet nominare: vosmet vobiscum recordamini. Nolo enim cuiusquam fortis atque illustris viri ne minimum quidem erratum cum maxima laude coniungere; quod si facere vellem, multi a me summi atque ornatissimi viri praedicarentur, quorum partim nimia libertas in adolescentia, partim profusa luxuries, magnitudo aeris alieni, sumptus, libidines nominarentur: quae multis postea virtutibus obtecta adolescen-
XIX 44 tiae qui vellet excusatione defenderet. At vero in M. Caelio — dicam enim iam confidentius de studiis eius honestis, quoniam audebo quaedam fretus vestra sapientia libere confiteri — nulla luxuries reperietur, nulli sumptus, nullum aes alienum, nulla conviviorum ac lustrorum libido; quod quidem vitium ventris et gurgitis non modo non minuit aetas hominibus, sed etiam auget; amores autem et hae deliciae, quae vocantur, quae iam

---

1. rei publicae *om.* que H S **2.** IGNoratione *scripsi;* ratione C **3.** experiendo contempsisse, satietate abiecisse *transp. Baehrens* — et nostrae patrum P^1 **4.** maiorumque P^2 H S; romanorumque P^1 *ut videtur* **6.** deferbuissent S; deferuuissent P^1; deferuissent P^2 H **7.** libet *corr. Madvig;* liquet P; necesse est H S Cf. *Phil.* II *in.* »nec vero necesse est quemquam a me nominari: vobiscum ipsi recordamini" **8.** cuiusquam civis fortis S — inlustris P **9.** mi//mum P — maxuma P **10.** ornatissimi H S; ordinatissimi P; *Bake praefert cum cod. Leid. A* clarissimi, »*si quidem* ornatus *vel de adolescentibus dicitur magis vel addito ablativo*" **11.** aduliscentia P **12.** alienis P^1 — libidinis P^1 **13.** obtecta P^2 H S; obte....ta P^1 **15.** quoniam audeo *Muretus;* quondam audeo C **16.** audebo *em. Bake;* audeo C — liberi P^1: *forte ex* liberius **17.** reperiretur P^1 **19.** gurgitis C; gulae *suspicatur Lambinus* — etiam *ante* auget *om.* S **20.** *post v.* auget *in P est spatium relictum dimidiae partis lineae* — deliciae H S; dilitiae P^1; delitiae P^2 — quae iam firmiore *em.*

firmiore animo praeditis diutius molestae non solent esse — mature enim et celeriter deflorescunt — numquam hunc occu-
45 patum impeditumque tenuerunt. Audistis, cum pro se diceret; audistis antea, cum accusaret — defendendi causa haec, non gloriandi eloquor — orationis facultatem, copiam sententiarum atque verborum, quae vestra prudentia est, perspexistis; atque in eo non solum ingenium elucere eius videbatis, quod saepe, etiam si industria non alitur, valet tamen ipsum suis viribus, sed inerat, nisi me propter benevolentiam forte fallebat, oratio et bonis artibus instituta et cura et vigiliis elaborata. Atque scitote, iudices, eas cupiditates, quae obiiciuntur Caelio, atque haec studia, de quibus disputo, non facile in eodem homine esse posse; fieri enim non potest ut animus libidini deditus, amore, desiderio, cupiditate, saepe nimia copia, inopia etiam nonnumquam impeditus, hoc, quicquid est, quod nos facimus in dicendo, non modo agendo, verum etiam cogitando possit
46 sustinere. An vos aliam causam esse ullam putatis, cur in tantis praemiis eloquentiae, tanta laude, tanta gratia, tanto honore tam sint pauci semperque fuerint qui in hoc labore versentur?

Halm coll. § 43 »firmata iam aetate;" quae firmiore H S; quam firmiore P; quae infirmiore *coniecit Bake* **2.** maturae P — et celeriter *pro gloss. hab. Schoell* **3.** impeditum quae P^1 **4.** causa haec H; haec causa P; haec *om.* S **5.** eloquor genus orationis facultatem P^2 S; eloquor quorum genus ::::: orationis facultatem P^1; eloquiorum genus· orationis facultatem H; eloquor — genus orationis, facultatem, copiam sententiarum atque verborum *Halm;* orationis facultatem *jungit Francken expuncta voce* genus **7.** elucere (*in P prima* e *inferta*) — videbatis P H; videbatur S **8.** valet (al *in ras.*) *P* **9.** sed inerat C; sed in eo erat *Lambinus* — oratio *scripsi;* ratio C **10.** et vigiliis C; ac vigiliis *mavult Klotz* **11.** obiciuntur C — atque scitote P H S; atqui scitote *cod. Lambini* **12.** disputabo P^1 **14.** desiderio C; desidia *corr. Lehmann* **16.** non modo agendo S; quoquo modo agendo P H; quoquo MODO FACIMUS, NON modo agendo *suppl. Madvig* **18.** *inter vv.* eloquentiae *et* tanta laude *libri habent:* tanta voluptate dicendi (discendi *coniecit Bake*); *embl. expunxi.*

omittendae sunt omnes voluptates, relinquenda ludus iocus convivium, sermo paene est familiarium deserendus; quare in hoc genere labor offendit homines a studioque deterret, non quo
47 aut ingenia deficiant aut doctrina puerilis. An hic, si sese isti vitae dedidisset, consularem hominem admodum adolescens in iudicium vocavisset? Hic, si laborem fugeret, si obstrictus voluptatibus teneretur, in hac acie quotidie versaretur? appeteret inimicitias? in iudicium vocaret? subiret periculum capitis ipse? inspectante populo Romano tot iam menses aut de salute aut
XX de gloria dimicaret? Nihil igitur illa vicinitas redolet? nihil hominum fama? nihil Baiae denique ipsae loquuntur? Illae vero non loquuntur solum, verum etiam personant: huc unius mulieris libidinem esse prolapsam, ut ea non modo solitudinem ac tenebras atque haec flagitiorum integumenta non quaerat, sed in turpissimis rebus frequentissima celebritate et clarissima luce laetetur.

---

1. omittendae S; opterendae P H — *inter vv.* relinquenda *et* ludus *codd. exhibent:* studia delectationis: *embl. delevi* — …ocus P^1; locus H — conuium P^1 **2.** quare in hoc genere labor offendit homines *em. Madvig;* qua re in hoc genere laborefiendi homines (labor confitendi *codd. Gembl. et Erf.*) etc. P; quae res in hoc genere homines a labore studioque discendi deterret H S; qua re in hoc genere labor et contentio homines studiumque deterret *corr. Bake* (*om.* discendi) **3.** non quo P H S; non quod *cod. Lambini* **4.** inginia H^1 — sese C; se *Arusianus Messius* **5.** dedidisset *in suo codice legit Arusianus;* dedisset C (*istuit aede disset* P^1) **7.** cotidie P S: *om.* H — adpeteret P **8.** vocaret subiret C; vocans subiret *corr. Baehrens* **9.** inspectante p. r. P — tot iam menses *Lambinus;* tot t…menses P; tot menses H S **11.** baiae denique ipse loquntur P **12.** non loquntur solum P — hunc unius mulieris P^1.

---

§ 47. Arusianus Messius (p. 465 Keil): *hic si se isti vitae dedisset.* (Scripsit tamen sine ullo dubio *dedidisset* quoniam locus laudatur s. v. *dedo*).

Nonius Marcellus (Lib. III de indiscretis generibus): *Iocus* genere masculino. Cicero pro Caelio: *ludus, iocus sermone est familiarium deserendus* (*sermone est* corruptum e *sermo paene est*).

48 Verum si quis est qui etiam meretriciis amoribus interdictum iuventuti putet, est ille quidem valde severus — negare non possum — sed abhorret non modo ab huius saeculi licentia, verum etiam a maiorum consuetudine atque concessu. Quando enim hoc non factum est, quando reprehensum, quando non permissum? quando denique fuit ut quod licet non liceret? Hic ego ipsam rem definiam; mulierem nullam nominabo; tan-
49 tummodo in medio relinquam: si quae non nupta mulier domum suam patefecerit omnium cupiditati; si virorum alienissimorum conviviis uti instituerit; si hoc in urbe, si in hortis, si in Baiarum illa celebritate faciat, si denique ita sese gerat, non incessu solum, sed ornatu atque comitatu, non flagrantia oculorum, non libertate sermonis, sed etiam complexu, osculatione, ut non solum proterva procaxque sed meretrix videatur,

---

1. meretriciis S; meretricis P; a meretriciis H **2.** valde severus P^2; v....de seve....us P^1; severus valde H S **3.** ab huius H S; ab eius P (b *in ras.*) **4.** concessu *corr. Ernestius;* concessis C; consensu *mavult Müller* **5.** repraehensum P **6.** ut quod licet C; ubi quod licet *requirit Ernestius* **7.** ipsam rem *em. Halm;* iam rem H S *et* P^2 *in ras.*; iam *exp. Schoell;* solam rem *Baehrens;* nullam rem *Müller* — tantummodo *scripsi;* tantum C; factum *Baehrens;* totum *Koch (progr. Port.* 1868 *p.* 15) **8.** non *ante* nupta *exp. Francken* — nupta H S *et* P^2 *in ras.* **9.** patefecerit P^2 S; patefeceret P^1; patefaceret H — *inter vv.* cupiditati *et* [si] virorum *libri habent:* palamque sese in meretricia vita conlocarit (collocaret H S) *embl. del. Schoell;* conlocans virorum *corr. Baehrens* — si *addidi ante* virorum **10.** uti (*literae* ut *in ras.*) P — instituerit P; institueret H S — si hoc urbe (*om.* in) P — si in hortis P^2 H S; sin hortis P^1 **11.** faciat *corr. Bake;* facit P^1: faciet P^2 H S — gerat *corr. Bake;* geret C **12.** atque comitatu P^2 H S (....que P^1) — non flagrantia oculorum non libertate sermonis C; non flagrantia oculorum MODO ET libertate sermonis *scr. Baehrens* **13.** *inter vv.* osculatione *et* ut non solum *codd. habent:* aquis (actis *corr. Ernestius*) navigatione conviviis: *embl. del. Schoell;* complexu osculationeque in salutatione *scr. Baehrens* **14.** ut non solum proterva procaxque sed meretrix videatur *scripsi;* ut non solum meretrix

cum hac si qui adolescens forte fuerit, utrum hic tibi, L. Herenni, adulter an amator, expugnare pudicitiam an explere libidinem voluisse videatur?

50 Obliviscor iam iniurias tuas, Clodia; depono memoriam doloris mei; quae abs te crudeliter in meos me absente facta sunt, negligo; ne sint haec in te dicta quae dixi: sed ex te ipsa requiro, quoniam et crimen accusatores abs te et testem eius criminis te ipsam dicunt se habere: si quae mulier sit eiusmodi, qualem ego paulo ante descripsi, cum hac aliquid adolescentem hominem habuisse rationis num tibi perturpe aut perflagitiosum esse videatur? Ea si tu non es, sicut ego malo, quid est quod obiiciant Caelio? sin eam te volunt esse, quid est cur nos crimen hoc, si tu contemnis, pertimescamus?

Quare nobis da viam rationemque defensionis. Nam aut pudor tuus defendet nihil a M. Caelio petulantius esse factum aut impudentia.

XXI

51 Sed quoniam emersisse iam e vadis et scopulos praetervecta videtur oratio mea, perfacilis mihi reliquus cursus ostenditur.

---

procax qui (que H) videatur P H; ut non solum meretrix sed etiam proterva meretrix procaxque videatur S **2.** adulter expugnare pudicitiam an amator explere libidinem *transp. Bake* **4.** tuas *Arusianus et Servius; om.* C *sed in P ante* Clodiae (clodiae P^2 clodie H) *aliquid erasum est* **6.** neglego P **8.** si q; mulier P **9.** discripsi P^1 — *inter vv.* descripsi *et* cum hac *codd. habent* tui dissimilis vita institutoque (instituto quae P^1) meretricio (vita meretricioque instituto H S): *embl. expunxi. Cf.* 38 **10.** num tibi P^2 H S; non tibi P^1 **12.** obiciant P; obiciunt H S **13.** contempnis P **16.** inpudentia P — *post. v.* impudentia *libri add.* et huic defendendi (defendendum P) facultatem dabit: *embl. del. Schoell;* ei sui defendendi fac. dabit *coniecit Madvig;* impudentia tua etiam huic ad defendendum fac. dabit *corr. Halm* **17.** e vadis *Lambinus;* evades P^1; evadens P^2 H; e vado S **18.** relicuus P^1.

---

§ 50. Arusianus Messius (p. 495 Keil) *obliviscor iniurias tuas Clodia.* Ibid. Servius (Comm. ad Aen. II v. 148): *Amissos obliviscere;* ut *obliviscor iniurias tuas Clodia.*

Duo sunt enim crimina una in muliere summorum facinorum: auri quod sumptum a Clodia dicitur, et veneni quod eiusdem Clodiae necandae causa parasse Caelium criminantur. Aurum sumpsit, ut dicitis, quod L. Lucceii servis daret, per quos Alexandrinus Dio, qui tum apud Lucceium habitabat, necaretur. Magnum crimen vel in legatis insidiandis vel in servis ad hos-
52 pitem domini necandum sollicitandis; plenum sceleris consilium, plenum audaciae: quo quidem in crimine primum illud requiram, dixeritne Clodiae quam ad rem aurum sumeret an non dixerit. Si non dixit, cur dedit? si dixit, eodem se scelere devinxit. Tune aurum ex armario tuo promere ausa es? Tune Venerem illam tuam spoliare ornamentis spoliatricem ceterorum, cum scires, quantum ad facinus aurum hoc quaereretur, ad necem scilicet legati, ad L. Lucceii, sanctissimi hominis atque integerrimi, labem sceleris sempiternam? Huic facinori tanto tua mens liberalis conscia, tua domus popularis ministra, tua
53 denique hospitalis illa Venus adiutrix esse non debuit. Vidit hoc Balbus: celatam esse Clodiam dixit, atque ita Caelium ad illam attulisse, se ad ornatum ludorum aurum quaerere. Si tam

---

2. aurium quod P¹ **4.** ut dictis P — l. lucei (l. *ante* lucei *in P add. m. sec.*) **5.** luceium P — habitabant P¹ — necaretur P² H S; necarentur P¹ **6.** insidiandis S; insidiantis H; insidiantes P; insidiando *requirit Halm;* violandis *Lambinus* — hospitem domi P **8.** audiciae P¹ — req:::::am P¹ **9.** clodiae::::::: dix::i::t cur dedit P *spatio vacuo unius versus et dimidii post* clodiae *relicto quod his verbis manu recentiore expletum est:* quam ad rem aurum tum iret an non dixerit· si non. *Item legitur in codd. H S nisi quod* S *(et liber Francianus Ultraiectinus) exhibet:* tum sumeret; tum *suspectum Ernestio del. Francken;* mutuum sumeret *coniecit Weiske* **10.** eodem se conscientiae scelere C: *gloss.* conscientiae *exemit Schwartz;* dando se conscientiae scelere *Baehrens* — divinxit P¹ **11.** tune venerem P H; tu venerem S **12.** spoliare ornamentis spoliatricem P; spoliatricem ornamentis spoliare H S — ceterorum *cod. S. Vict.*; ceterum *ll. rell.* **14.** scilicet *om.* P; ad necem scilicet legati *del. Bake* — a::: l. luculum P¹; ad l. lucullum P² **15.** integerrumi P — sempiternam S; sempiterni P H — facinore P¹.

familiaris erat Clodiae, quam tu esse vis, cum de libidine eius tam multa dicis, dixit profecto, quo vellet aurum; si tam familiaris non erat, non petivit. Ita si verum tibi Caelius dixit, o immoderata mulier, sciens tu aurum ad facinus dedisti; si non est ausus dicere, non dedisti.

XXII Quid ego nunc argumentis huic crimini, quae sunt innumerabilia, resistam? possum dicere mores M. Caelii longissime a tanti sceleris atrocitate esse disiunctos; minime esse credibile homini tam ingenioso tamque prudenti non venisse in mentem, rem tanti sceleris ignotis alienisque servis non esse credendam; possum etiam illa et ceterorum patronorum et mea consuetudine ab accusatore perquirere, ubi sit congressus cum servis Lucceii Caelius; qui ei fuerit aditus: si per se, qua temeritate! si per alium, per quem? possum omnes latebras suspicionum peragrare dicendo: non causa, non locus, non facultas, non conscius, non perficiendi, non occultandi maleficii spes, non ratio ulla,
54 non vestigium maximi facinoris reperietur: sed haec, quae sunt oratoris propria, quae mihi non propter ingenium meum, sed propter hanc exercitationem usumque dicendi fructum aliquem ferre possent, cum a me ipso elaborata proferri viderentur, brevitatis causa relinquo omnia: habeo enim, iudices, quem vos socium vestrae religionis iurisque iurandi facile esse patiamini, L. Lucceium, sanctissimum hominem et gravissimum, qui tan-

---

3. non petivit. Ita *em. Pluygers;* non dedit ita H S; non dedita P[1]; non dedita ita P[2]; non dixit. Ita *coniecit Ravius* **5.** est ausus S; es ausus H; est rursus P **6.** quid H S; qui P[1]; quis P[2] **8.** sceleris atrocitate P H S; sceleris immanitate *cod. Lambini* — esse *ante* disiunctos P *hab. in ras.* — minime esse credibile *dedi propter seqq.*; minime esse credendum C **10.** non esse credendam H S; non esse credend m P[1]; non esse credendum P[2] **12.** luccaei P **14.** suspitionum P — peragrare C; penetrare *requirit Baehrens* **16.** maleficiis H **17.** maxumi P **18.** meum *post* ingenium *om.* S **20.** ferre possent *corr. Ernestius;* ferre potuissent C — elaborata *em. A. Augustinus;* laborata C **23.** sanctissimum hominem et gravissimum testem P H; gravissimum hominem et sanctissimum testem S; testem *exp. Francken.*

tum facinus in famam atque fortunas suas neque non audisset illatum a Caelio neque neglexisset *auditum*. An ille vir, illa humanitate praeditus, illis studiis, illis artibus atque doctrina, illius ipsius periculum, quem propter haec ipsa studia diligebat, negligere potuisset? et quod facinus in alienum hominem intentum severe acciperet, id omisisset curare in hospitem? quod per ignotos actum cum comperisset, doleret, id a suis tentatum negligeret? quod in agris locisve publicis factum reprehenderet, id in urbe ac domi suae coeptum leniter ferret? quod in alicuius agrestis periculo non praetermitteret, id homo eruditus in
55 insidiis doctissimi hominis dissimulandum putaret? Sed cur diutius vos, iudices, teneo? ipsius iurati religionem auctoritatemque percipite atque omnia diligenter testimonii verba cognoscite. Recita

---

1. in famam atque S; in famatatque P; infamat atque H — audisset inlatum P **2.** a *ante* Caelio *om.* P^1 — caelione que neclexisset P — auditum *add. Francken deleto vv.* neque tulisset *quae codd. habent post* neglexisset; *Schwartz contra exp.* neque neglexisset, *retinet* neque tulisset; neque neglexisset si quis attulisset *scr. Baehrens* — illa humilitate H **3.** illis *ante* artibus T; *ceteri libri om.* **5.** neclegere potuisset P — quod facinus alienum hominem inlatum severe accipere P; in alienum hominem H S T; intentum T; acciperet H S T **6.** hospitem T, *ut Garatonius coniecerat;* hospite P H S **7.** actum cum comperisset H S; actum cum petisset P; actum si comperisset *T et aliquot libri Lambini* — a suis P H S; a suis servis T — temptatum P — *post* tentatum *codd. add.* esse; *inclusit Pluygers* **8.** neglegere P — locisve P H S; locisque T — reprehenderet P H S; reprehenderet et T **9.** domi suae H S T; suae domi P — ceptum H — *post* coeptum *libri add.* esse: *exp. Pluygers* — ferret H S T; ferre P **10.** praetermitteret *T et vett. edd.*; prae//mitteret P; postmitteret H S **11.** in insidiis H S T; in *om.* P — doctissimi P H S; nocentissimi T **13.** percipite atque *om.* T — testimoni verba P; atque omnia diligenter testimonii luccei quid expectatis H.

L. LUCCEII TESTIMONIUM.

Quid expectatis amplius? an aliam quam vocem putatis ipsam pro se causam et veritatem posse mittere? Haec est innocentiae defensio, haec ipsius causae oratio, haec viva vox veritatis. In crimine ipso nulla suspicio est, in re nihil est argumenti; in negotio, quod actum esse dicitur, nullum vestigium sermonis, loci, temporis; nemo testis, nemo conscius nominatur; totum crimen profertur ex inimica, ex infami, ex crudeli, ex facinorosa, ex libidinosa domo; domus autem illa, quae tentata esse scelere isto nefario dicitur, plena est integritatis, officii, religionis: ex qua domo recitatur vobis iureiurando devincta auctoritas, ut res minime dubitanda in contentione ponatur, utrum temeraria, procax, irata mulier finxisse crimen an gravis, sapiens, moderatusque vir irreligiose testimonium dixisse videatur.

XXIII 56 Reliquum est igitur crimen de veneno; cuius ego neque principium invenire neque evolvere exitum possum. Quae fuit enim causa quamobrem isti mulieri venenum dare vellet Caelius? ne aurum redderet? num petivit? ne crimen haereret? num quis

---

1. an aliam quam *corr. Baehrens;* an aliquam vocem putatis ipsam pro se causam et veritatem possem p:::: (pro P^2) se mittere P; an aliquam vocem putatis ipsam causam pro se et veritatem posse pro se mittere H; an aliquam voce putatis ipsa pro se causam et veritatem posse mittere S; an aliam vocem *corr. Ernestius;* an aliam aliquam vocem *Rinkes;* veritatem posse per se mittere *scr. Baehrens* **3.** haec viva voc *em. Pluygers:* haec una vox C **4.** suspicio est in re T; suspicio in rea P^1; suspicio et in rea P^2; suspicio est et in rem H S **8.** ex libidinosa *om.* S — temptata esse scelere T; tempta scelere P^1; temptata scelere P^2 H S **9.** dignitatis *inter* integritatis *et* officii *add.* T; *om. rell. codd.* — offici P **12.** fincxisse P **13.** moderatus qui vir P^1 — IRreligiose *corr. Francken;* religiose C (religiosae P^1) **14.** relicuum P — cuius ego neque (nec T) principium H S T; cuius ego de principium P^1; cuius ego idem principium P^2 **15.** evolvere S T; voluere P H **16.** causam P^1 — dare vellet T; vellet daret P H S **17.** rederet S — hereret P; haberet T.

obiecit? num quis denique fecisset mentionem, si hic nullius nomen detulisset? Quin etiam L. Herennium dicere audistis verbo se molestum non futurum fuisse Caelio, nisi iterum eadem de re suo familiari absoluto nomen hic detulisset. Credibile est igitur tantum facinus ob nullam causam esse commissum? et vos non videtis fingi sceleris maximi crimen, ut causa alterius sceleris
57 suscipiendi fuisse videatur? Cui denique commisit? Quo adiutore usus est? quo socio? quo conscio? Cui tantum facinus, cui se, cui salutem suam credidit? servisne mulieris? Sic enim obiectum est. Et erat tam demens hic, cui vos ingenium certe tribuitis, etiam si cetera inimica oratione detrahitis, ut omnes suas fortunas alienis servis committeret? At quibus servis? Refert enim magnopere id ipsum: iisne, quos intelligebat non communi condicione servitutis uti, sed licentius, liberius, familiarius cum domina vivere? Quis enim hoc non videt, iudices, aut quis ignorat, in eiusmodi domo, in qua materfamilias meretricio more vivat, in qua nihil geratur quod foras proferendum sit, in qua lustra, lubidines, luxuries, omnia denique inaudita vitia ac flagitia versentur, hic servos non esse servos? per quos

---

1. nullius T; nemini P H S **2.** L. Herennium *Lambinus;* Herennium C — verbo se molestum non futurum fuisse Caelio P; se verbo se molestum non futurum Caelio T *cuius fragmentum in his verbis desinit;* verbo se molestum non fuisse futurum Caelio H; verbo se molestum fuisse non futurum S; verbo se molestum non futurum Caelio fuisse *Halm* **6.** causa alterius sceleris *scr. Halm;* alterius causa sceleris H S; causa *om.* P **7.** quod adiutore P^1 **9.** obiectum (*om.* est) P H **11.** omnis P **12.** ad quibus P^1 **13.** iisne *corr. Lambinus;* hisne P H S — intellegebat P **14.** nonditione P^1 — servitutis uti sed S — servitutis ut esset P H **17.** nihil generatur P^1 — proferundum P^2; proferuntur P^1 **18.** in qua lustra libidines luxurie S; in qua inlustria libidines luxuriae P^1 H (luxuries P^2) — omnia P S; Somnia H — vicia P **19.** atque flagitia S — vorsentur P — servus non esse servus P^1 — *post vv.* non esse servos *codd. exhibent:* quibus omnia committantur per quos gerantur (generantur P^1) qui versentur isdem in voluptatibus quibus occulta *etc.*; per quos omnia gerantur *em. Lambinus;* *emblemata* quibus

omnia gerantur, quibus occulta credantur, ad quos aliquantum
58 etiam ex quotidianis sumptibus ac luxurie redundet. Id igitur Caelius non videbat? Si enim tam familiaris erat mulieris quam vos vultis, istos quoque servos familiares esse dominae sciebat; sin ei tanta consuetudo, quanta a vobis inducitur, non erat, quae cum servis potuit familiaritas esse tanta?

XXIV Ipsius autem veneni quae ratio fingitur? ubi quaesitum est? quem ad modum paratum? quo pacto, cui, quo in loco traditum? habuisse aiunt domi vimque eius esse expertum in servo quodam, ad eam rem ipsam parato, cuius perceleri interitu esse
59 ab hoc comprobatum venenum. Pro di immortales! cur interdum in hominum sceleribus maximis aut connivetis aut praesentes fraudis poenas in diem reservatis? Vidi enim, vidi et illum hausi dolorem vel acerbissimum in vita, cum Q. Metellus abstraheretur e sinu gremioque patriae, cumque ille vir, qui se natum huic imperio putavit, tertio die postquam in curia, quam in rostris, quam in republica floruisset, integerrima aetate, optimo habitu, maximis viribus, eriperetur indignissime bonis

---

omnia committantur *et* qui versentur in iisdem voluptatibus *exemi praeeunte Schoellio* **1**. ad *ante* quos *om.* P **2**. cotidianis P — luxuriae P^1 **3**. tam S; iam P H **4**. ēē domina//esse scibat P **5**. inducitur C; *an fort. leg.* induitur? **6**. esse tanta P; tanta esse H S **9**. aiunt C *sed* P^2 *in rasura* **10**. ad eam rem ipsam *corr. Madvig;* ad eadem rem ipsam P^1; ad rem ipsam P^2 H S; ad rem istam *scr. Ernestius* — esse ab hoc P; esset ab hoc H S **11**. pro di C (P^2 *in ras.*) **12**. connivetis S; conivetis P H — praesentes *Wesenberg;* praesentis C **14**. hau::si P — acervissimum P — quintus metellus P **15**. e sinu gremioque *em. Lambinus;* e sinu e gremioque H S P^2; e sinu E remio quae P^1 (*in script. unciali* E *et* G *haud raro confunduntur. Vide G. Heraei Quaestt. Critt. et Palaeogr. p.* 107) **16**. putavit C; putavisset *reponit Ernestius* **17**. integerruma P **18**. optumo P H — maxumes P^1 — indignissume P.

---

§ 59. Arusianus Messius (p. 487 Keil): *o dii immortales cur in maximis sceleribus aut connivetis interdum aut praesentis fraudis poenas in diem reservatis?*

omnibus atque universae civitati: quo quidem tempore ille moriens, cum iam ceteris ex partibus oppressa mens esset, extremum sensum ad memoriam reipublicae reservabat; cum me intuens flentem significabat interruptis atque morientibus vocibus, quanta impenderet procella mihi, quanta tempestas civitati, et cum parietem saepe feriens eum, qui cum Q. Catulo fuerat ei communis, crebro Catulum, saepe me, saepissime rempublicam nominabat, ut non tam se mori quam spoliari
60 suo praesidio cum patriam tum etiam me doleret. Quem quidem virum si nulla vis repentini sceleris sustulisset, quonam modo ille furenti fratri suo consularis restitisset, qui consul eum incipientem furere atque *multa stulte* conantem sua se manu interfecturum audiente senatu dixerit? Ex hac igitur domo progressa ista mulier de veneni celeritate dicere audebit? Nonne ipsam domum metuet, ne quam vocem eiiciat, non parietes conscios; non noctem illam funestam ac luctuosam perhorrescet? Sed revertar ad crimen: sed enim haec facta illius clarissimi ac fortissimi viri mentio et vocem meam fletu debilitavit et mentem
XXV 61 dolore impedivit. Sed tamen venenum unde fuerit, quem ad

---

2. mens esse P^1 **4.** interruitis P^1 **5.** inpenderet P — procella mihi *em. Orellius;* procella ibi P; procella urbi H S: procella reipublicae *Garatonius;* procella nobis *Klotz* **6.** quinto catulo P **8.** se mori P; se emori H S — tamquam spoliari P^1 **10.** si nulla vis P^2 H S; si nulla virum P^1 — repentini sceleris C; repentino scelere *corr. Baehrens* **11.** *post* fratri suo *codd. add.* patrueli; *glossema exp. Orellius* — consularis P H; consulari S — qui consul eum *scripsi;* qui consulem C; qui consul *corr. Manutius* **12.** incipientem furere atque conantem C; multa stulte *supplevi;* furere *inclusit Karsten* **13.** audientes senatu P^1 **14.** de veni celeritate P^1 **15.** eiiciat *Muretus cum aliquot ll. dett.*; eliciat P^2 H S; eliceat P^1 **16.** noctem illam S; noctem aliam P H **17.** sed (set P) enim haec facta C; sat enim haec facta *Schoell.*

---

§ 61. Cledonius (p. 48 Keil) Tullius ait in Caeliana: *veneni pyxidem traditurum*, graecum nomen latina declinatione flexit.

modum paratum sit non dicitur; datum esse aiunt huic P. Licinio, pudenti adolescenti et bono, Caelii familiari; constitutum factum esse cum servis, ut venirent ad balneas Senias; eodem Licinium esse venturum atque iis veneni pyxidem traditurum. Hic primum illud requiro, quid attinuerit fieri in eum locum, cur illi servi non ad Caelium domum venerint. Si manebat tanta illa consuetudo tantaque familiaritas, quid suspicionis erat, si apud Caelium mulieris servus visus esset? sin autem iam suberat simultas, extincta erat consuetudo, discidium extiterat, hinc illae lacrimae nimirum et haec causa est omnium horum
62 scelerum atque criminum. 'Imo', inquit, 'cum servi ad dominam rem istam detulissent, mulier ingeniosa praecepit suis, omnia Caelio pollicerentur; sed ut venenum, cum a Licinio traderetur, manifesto comprehendi posset, constitui locum iussit, ut eo mitteret amicos qui delitescerent, dein repente, cum venisset

---

1. *post vv.* paratum sit *Bake inserendum putat* si — aiunt (P^2 ai *in ras.*) — huic *em. Madvig;* hoc C **2**. pudenti P S H^1; prudenti H^2 **3**. factum *eiecerunt Lambinus et Gruterus* **4**. iis P; his H S **5**. adtinuerit P^1 — fieri in eum locum constitutum C; constitutum *exp. Ernestius;* ferri *Ernestius cum codd. aliquot deterioribus* **7**. tanta illa consuetudo celii cum clodia tantaque familiaritas H S; tanta illa consuetudo caeli tanta familiaritas cum clodia P; Caelii cum Clodia *ut interpretamentum inclusit Francken* — suspitionis P — erat, si apud *corr. Ernestius;* esset si apud C **8**. sin autem iam *corr. Oetling;* sin autem iamiam C; sin autem iam tum *Pluygers* **9**. simulatas P^1 **10**. lacrumae P — immo C **12**. rem istam P^2 H S; remittam P^1 — *inter* istam *et* detulissent *codd. exhibent* et maleficium caelii: *embl. exp. Oetling* **13**. sed ut venenum H S; sed venenum (*om.* ut) P **14**. comprachendi P — constitui locum iussit balneas senias C; balneas Senias *exemi;* locum *del. Ernestius coll. cap. XXVI in.* »cur enim potissimum balneas publicas constituerat?" **15**. delitescerent H^1 S; delitiscerent P H^2.

---

§ 62 *s. f.* Quintil. IX. 4. 64: Ciceronem carpant in his: *familiaris coeperat esse balneatori.*

Licinius venenumque traderet, prosilirent hominemque compre-
XXVI henderent. Quae quidem omnia, iudices, perfacilem rationem habent reprehendendi. Cur enim potissimum balneas publicas constituerat? in quibus non invenio quae latebra togatis hominibus esse possit. Nam si essent in vestibulo balnearum, non laterent; sin se in intimum coniicere vellent, nec satis commode calceati et vestiti id facere possent et fortasse non reciperentur; nisi forte mulier potens quadrantaria illa permutatione familiaris
63 facta erat balneatori. Atque equidem vehementer expectabam, quinam isti viri boni testes huius manifesto deprehensi veneni dicerentur; nulli enim sunt adhuc nominati. Sed non dubito quin sint pergraves, qui primum sint talis feminae familiares, deinde eam provinciam susceperint, ut in balneas contruderentur; quod illa, nisi a viris honestissimis ac plenissimis dignitatis, quam velit sit potens, numquam impetravisset. Sed quid ego de dignitate istorum testium loquor? virtutem eorum diligentiamque cognoscite. In balneis delituerunt: testes egregios! dein temere prosiluerunt: homines imperantis gra*tiae et volun*tati deditos! Sic enim fingunt, cum Licinius venisset, pyxidem teneret in manu, conaretur tradere, nondum tradidisset, tum repente evolasse istos praeclaros testes sine nomine: Licinium autem, cum iam manum ad tradendam pyxidem porrexisset,

---

1. venenumque traderet *Bake cum uno codice Leidensi;* venenum traderet P H S — hominemque comprehenderent P² H S; hominem quem compraehenderent P¹ **3**. repraehendendi P¹ **5**. possit *scr. Ernestius*; posset C **6**. coicere P H **7**. et vestiti id facere H *in ras.* — reciperentur S; reciperetur P H **8**. quadrantaria illa permutatione S; quadrantaria illa permustatione P H **9**. atque ecquidem P **10**. quinam P; quidnam H S — deprae-hensi P **11**. nominatis sed P¹ **12**. quin sint H S; quin sit P — faeminae P **14**. illam nisi P **16**. diligentiam quae P¹ **18**. dein P H; deinde S — homines imperantis gra[tiae et volun]tati deditos *conieci;* homines temperantes P; homines gravitati deditos H S; homines temporis observantes *scr. Francken* **20**. tum *om.* H **21**. praeclaros testis P **22**. tradendam P H; tradendum S.

retraxisse se atque illo repentino hominum impetu *impeditum* se in fugam coniecisse. O magna vis veritatis, quae contra hominum ingenia, calliditatem, sollertiam contraque fictas omnium
XXVII 64 insidias facile se per se ipsa defendat! Velut haec tota fabella veteris et plurimarum fabularum poetriae quam est sine argumento! quam nullum invenire exitum potest! Quid enim? isti tot viri — nam necesse est fuisse non paucos, ut et comprehendi Licinius facile posset et res esset testatior — cur Licinium de manibus amiserunt? Qui minus comprehendi potuit, cum se retraxisset, ne pyxidem traderet, quam si tradidisset? Erant enim illic positi ut manifesto Licinius teneretur, aut cum retineret venenum aut cum tradidisset. Hoc fuit totum consilium mulieris, haec istorum provincia, qui rogati sunt: quos quidem tu quamobrem temere prosiluisse dicas non reperio. Fuerunt hoc rogati, fuerunt ad hanc rem collocati, ut venenum, ut insidiae,
65 facinus denique ipsum ut manifesto comprehenderetur. Potueruntne magis in tempore prosilire, quam cum Licinius venisset,

---

1. retraxisse se atque *corr. Oetling*; retraxisse atque C — *post* impetu *addidi* impeditum **3.** hominum ingenia *Ernestius cum vett. edd.*; omnium ingenia C — solertiam P — fictas P; factas H S **4.** ipsa defendat P[1]; ipsam defendat P[2] H S — fauella P[1] **5.** *vv.* quam est sine argumento *in H adscriptum est* adverbialiter **6.** podest P[1] **7.** compraehendi P **8.** res multorum oculis esset testatior C; multorum oculis *exemi coll.* § 66 — qur Licinium P **9.** qui minus enim licinius comprehendi (compraehendi P) P H S; enim *om. Bake cum duobus libris*, *uno Leid. uno Oxon.*; Licinius *del. Karsten* — cum se retraxisset *Bake cum uno Leid.*; cum se retraxit P H S **10.** quam si tradidisset P; quam si retraxisset H; quam si extraxisset S; quam si retinuisset *corr. Baehrens* **11.** illic *em. Ravius* (*sic cod. Gembl.*[2]) illi C — *inter vv.* positi *et* ut manifesto *libri habent:* ut comprehenderent Licinium: *embl. inclusit Oetling*; ut comprehenderent Licinium, ut manifesto venenum teneretur, aut cum retineret aut cum tradidisset *Baehrens* **14.** *inter* dicas *et* non reperio *codd. habent:* atque ante tempus: *embl. del. Oetling* — fuerunt .... fuerunt S; fuerant .... fuerant P H **15.** conlocati P **17.** in tempore *scripsi*; potueruntne magis tempore prosilere

cumque in manu teneret veneni pyxidem? Quae si iam erat tradita servis, imploraret hominum fidem atque a se ullam pyxidem traditam pernegaret. Quem quomodo illi reprehenderent? vidisse se dicerent? Primum ad servos revocarent maximi facinoris crimen; deinde id se vidisse dicerent quod, quo loco collocati fuerant, non potuissent videre. Tempore igitur ipso se ostenderunt, cum Licinius venisset, pyxidem expediret, manum porrigeret, venenum traderet. Mimi ergo est iam exitus, non fabulae; in quo cum clausula non invenitur, fugit aliquis e manibus; deinde scabella concrepant, aulaeum tollitur.

XXVIII 66 Quaero enim cur Licinium titubantem, haesitantem, cedentem, fugere conantem mulieraria ista manus de manibus amiserit; cur non comprehenderint, cur non ipsius confessione, multorum oculis, facinoris denique voce tanti sceleris crimen expresserint? an timebant ne tot unum valentes imbecillum, alacres perterritum

---

(prosilire corr. P^{2}) P *superscr. m. recentior* meliori; meliori magis tempore H S; magis tempore *scr. Madvig* **1.** quae si iam erat tradita servis evasissent subito ex balneis mulieris amici Liciniumque (licinium quae P^{1}) comprehendissent imploraret omnium fidem C; *delevi insulsum additamentum* evasissent .... comprehendissent; quae cum iam erat tradita servis, SI evasissent *etc. Ernestius*; qui si, cum iam erat tradita servis, evasissent *etc. Bake*; quae si iam erat tradita servis, SI evasissent *etc. Halm* quae si, iam ea tradita servis, evasissent *etc. Kayser*; qua si iam tradita servis evasissent etc. Baehrens; *pro* evasissent *Bake requirit* evolassent; ex balneis *del. Ernestius*; e latebris *mavult Francken*; mulieris amici *induxit Ernestius*; *pro* omnium *vett. edd. habent* hominum **2.** ullam pyxidem *em. Francken*; illam pyxidem C **4.** ad servos revocarent *em. Oetling*; ad se revocarent C **6.** conlocati P **8.** mimi P^{2} H S; m::::::::: P^{1} — est iam exitus *vett. edd.*; est etiam exitus C; mimi ergo est ei iam exitus fabulae *coniecit Baehrens* **10.** scabella H S; scabilla P — auleum C **11.** qur P **12.** ista manus *ed. Lambiniana*; manus ista C — amiserit S *et aliquot codd. Lambini*; emiserit H; miserit P — cur non comprehenderint *om.* P **13.** qur non ipsius P — confessione P; confessionem H S **14.** expraesserint P **15.** inbecillum P.

superare non possent? Nullum argumentum in re, nulla suspicio, nullus exitus criminis reperitur: itaque haec causa ab argumentis, a coniectura, ab iis signis, quibus veritas illustrari solet, ad testes tota traducta est: quos quidem ego, iudices, non modo sine ullo timore, sed etiam cum aliqua spe delecta-
67 tionis expecto. Praegestit animus iam videre, primum lautos iuvenes, mulieris beatae ac [nobilis] familiares; deinde fortes viros, ab imperatrice in insidiis atque in praesidio balnearum collocatos: ex quibus requiram quonam modo latuerint aut ubi; alveusne ille an equus Troianus fuerit, qui tot invictos viros muliebre bellum gerentes tulerit ac texerit; ad illud vero respondere cogam, cur tot viri ac tales hunc et unum et tam imbecillum, quam videtis, non aut stantem comprehenderint aut fugientem consecuti sint; qui se numquam profecto, si in istum locum processerint, explicabunt. Quam volent in conviviis faceti, dicaces, nonnumquam etiam ad vinum diserti sint, alia fori

---

1. nulla suspicio (suspitio P) in causa C; *expunxi* in causa **2**. reperitur *scr. Ernestius itaque cod. Gembl.*; reperietur P H S **3**. ab his signis P H — inlustrari C **4**. ad testis P — ego testes iudices T; ego iudices testes P H S; testes *del. Francken* **5**. sine ullo P^2 H S; sine illo P^1 **6**. lautos iuvenis P **7**. familiaris P — fortis **8**. imperatricis T; imperatrici T^2 **9**. collocatos T; locatos P H S — quonam modo P H S; quem ad modum T **10**. alveusne P^1 H S; albeusne T; alvusne P^2 — an equus C; an *exp. Francken*; alveusne illic ut equi Troiani fuerit *Bake* **11**. gerentis P — ad illud *em. Oetling*; illud C **12**. cogam P^2 H S; cogar P^1 **13**. inbecillum — quam videtis P H; quem videtis S — comprehenderint H S, comprenderint P; comprendiderint T **14**. *post v.* profecto *in P aliquid erasum est* **15**. quam volent P H S; quamvis T **16**. diserti sint alia H^2 S; deserti sint alia H^1 P^2; desertis in talia P^1. *Verborum distinctionem corr. Bake.*

---

§ 67. C. Chirius Fortunatianus (art. rhet. l. III § 6): Quid hic aliud observabimus? ut quae verba magis sonantia sunt, ea potius conlocemus, quae Lucilius εὔφωνα appellat, id est quasi *vocalia*, ut pro Caelio: *aliud fori lumen est*, *aliud lychnorum*, cum potuisset etiam structius dicere: *aliud lucernarum.*

vis est, alia triclinii; alia subselliorum ratio, alia lectorum; non idem iudicum comissatorumque conspectus; lux denique longe alia est solis ac lychnorum. Quamobrem excutiemus omnes istorum delicias, omnes ineptias, si prodierint. Sed me audiant, navent aliam operam, aliam ineant gratiam, in aliis se rebus ostentent; vigeant apud istam mulierem venustate, dominentur sumptibus, haereant, iaceant, deserviant, capiti vero innocentis
XXIX fortunisque parcant.

68 At sunt servi illi de cognatorum sententia, nobilissimorum et clarissimorum hominum, manumissi. Tandem aliquid invenimus, quod ista mulier de suorum propinquorum, fortissimorum virorum, sententia atque auctoritate fecisse dicatur. Sed scire cupio quid habeat argumenti ista manumissio: in qua aut crimen est Caelio quaesitum aut quaestio sublata aut multarum rerum consciis servis cum causa praemium persolutum. 'At propinquis placuit'. Cur non placeret, cum tu rem te ad eos non ab aliis tibi allatam, sed a te ipsa compertam deferre diceres?
69 Hic etiam miramur, si illam commenticiam pyxidem obscenissima sit fabula consecuta? Nihil est quod in eiusmodi mulierem non cadere videatur: audita et pervulgata et percelebrata ser-

---

2. conspectus C; consessus *cod. Ursini* **3.** solis ac T; solis et P H S — lichnorum C **4.** omnis ineptias **5.** aliam *ante* ineant *om.* T **6.** ostendent T **7.** hereant P — capti vero P[1] **8.** fortunisque P T; et fortunis H S **9.** at sunt P H; adsunt T; assunt S **10.** ac clarissimorum H — manu missi tandem P[2] H S; manum....sit tandem P[1] **12.** dicatur P H S T; videatur *legitur in codd. Erf. et Gembl.* **13.** manumisio P[1] **14.** sublata T S *ut Lambinus voluerat*; sublevata P H **15.** at propinquis placuit P H S; at propinquis inquid placuit T; inquit *corr. Halm* **16.** cum tu rem ad eos H S; cum tu....rem te ab eos P **17.** adlatam P — conpertam P **18.** commentitiam P **19.** sit fabula C; est fabula *corr. Halm* — nil est H S **20.** *vv.* et pervulgata *om.* P; et pervolgata H S.

---

§ 69. *s. f.* Arusianus Messius (p. 505 Keil): quadrat in illum. Cicero pro Caelio: *nisi omnia, quae cum turpitudine aliqua dicerentur, in istam quadrare apte viderentur.*

monibus res est. Percipitis animis, iudices, iamdudum quid velim vel potius quid nolim dicere. Quod etiam si est fa*cete dic*tum, certe a Caelio non est. Quid enim attinebat? sed enim ab aliquo adolescente *est*, fortasse non tam insulso quam non verecundo. Sin totum est fictum, non illud quidem modestum, sed tamen non infacetum mendacium est; quod profecto numquam hominum sermo atque opinio comprobasset, nisi omnia, quae cum turpitudine aliqua dicerentur, in istam quadrare apte viderentur.

70 Dicta est a me causa, iudices, et perorata. Iam intelligitis quantum iudicium sustineatis, quanta res sit commissa vobis. De vi quaeritis. Quae lex ad imperium, ad maiestatem, ad statum patriae, ad salutem omnium pertinet, quam legem Q. Catulus armata dissensione civium reipublicae paene extremis temporibus tulit, quaeque lex sedata illa flamma consulatus mei fumantes reliquias coniurationis extinxit, hac eadem lege Caelii adolescentia non ad reipublicae poenas, sed ad mulieris libidi-
XXX 71 nosae delicias deposcitur. Atque hoc etiam loco M. Camurtii et C. Aesernii damnatio praedicatur. O stultitiamne dicam an impudentiam singularem! Audetisne, cum ab ea muliere veniatis, facere istorum hominum mentionem? Audetisne excitare

---

1. iandudum P **2.** facete dictum *coniecit Francken*; factum C; iactum *Baehrens* **3.** sed enim ab aliquo *corr. Baehrens*; est enim ab aliquo C; etenim ab aliquo *coniecit Francken* **4.** adulescente est fortasse non tam *etc. Francken*; fortasse adulescente non tam *etc.* C. **5.** sin totum *scr. Francken*; sin autem C **6.** sed tamen non infacetum mendacium est *transp. Francken*; sed tamen est non infacetum mendacium C **10.** intellegitis P **13.** ad statum *induxit Karsten* **15.** seddata P **16.** fumantis P — hac eadem lege *corr. Karsten*; hac enim lege C; hac nunc lege *Halm* **17.** libidinosae *cod. Lambini*; libidin…… P^1; libidines et P^2 S; libidinem et *Garatonius* **18.** delitias S; delecias P^1 — Camurtii *scr. Halm*; *camurti C sed in P vv.* camurti et *magna ex parte in ras. ita scripta sunt ut spatium literarum deletarum non sit expletum* **19.** C. Aesernii *scr. Kayser cum. vett. edd.*; Ceserni *et* Caeserni C **20.** inpudentiam P **21.** excitare P^2 S; exercitare P^1.

tanti flagitii memoriam, non extinctam illam quidem, sed repressam vetustate? Quo enim illi crimine peccatoque perierunt? Nempe, quod eiusdem mulieris dolorem et iniuriam Vettiano stupro sunt persecuti. Ergo ut audiretur Vettii nomen in causa, ut illa vetus Afraniana fabula reficeretur, idcirco M. Camurtii et C. Aesernii est causa renovata? qui quamquam lege de vi certe nomine tenebantur, eo maleficio tamen erant implicati,
72 ut ex nullius legis laqueis eximendi viderentur. M. vero Caelius cur in hoc iudicium vocatur? cui neque proprium quaestionis crimen obiicitur nec vero aliquod eiusmodi, quod sit a lege seiunctum at cum vestra severitate coniunctum. Cuius prima aetas dedita disciplinae fuit iisque artibus, quibus instituimur ad hunc usum forensem, ad capessendam rempublicam, ad honorem, gloriam, dignitatem: iis autem amicitiis maiorum natu

---

2. vetustatem P — peccato quae perierunt P^1 **3.** nempe P; neque S — vettiano nefario stupro sunt S; vettiano nefario sunt stupro sunt P; vettiano nefario isto stupro sunt *Halm*; nefario *exp. Schoell* **4.** vetti nomen P **5.** Afraniana *em. Lambinus*; afraria P S; aeraria *coniecit Garatonius* (araria *cod. St. Vict.*) — reficeretur P^2 S; refeciretur P^1 — *vv.* camurti et aeserni *P habet in ras.* **7.** certe nomine tenebantur *scr. Baehrens*; certe (te *P in ras.*) non tenebantur P S — eo maleficio S A; et maleficio P *fortasse pro* ei m. — tamen A; *om.* P S — inplicati A **8.** eximendi A; emittendi P S **9.** proprium quaestionis crimen obicitur P S; proprium quidem crimen quaestionis obicitur A; proprium quoddam crimen quaestionis obiicitur *suspicatur Halm* **10.** aliquod P; aliquid S A **11.** at *corr. Ernestius*; et P S; *om.* A; *vv.* et cum . . . . . coniunctum *in P in marg. m. sec. suppleta sunt* **12.** dedita disciplinae A; dedita disciplinis P^2 S; dedita ad disciplinis P^1 — fuit isque S A; fuitis quae P^1 — instituimur P S; instruimur A *et rhetor. Ecksteinii* **14.** is autem fuit amicitiis P S; his autem fuit amicitiis A; fuit *induxit Halm.*

---

§ 72. Schemata dianoeas quae ad rhetores pertinent (v. Eckstein anecdot.) 13. ἀνακεφαλαίωσις, latine *recapitulatio*, ut Tullius in Caeliana facit in epilogis: *cuius prima aetas dedita disciplinis fuit hisque artibus instruimur ad hunc usum forensem.*

quorum eum imitari industriam continentiamque maxime velitis, iis studiis aequalium, ut eundem quem optimi ac nobilissimi
73 petere cursum laudis videretur. Cum autem paulum iam roboris accessisset aetati, in Africam profectus est, Q. Pompeio proconsuli contubernalis, castissimo homini atque omnis officii diligentissimo; in qua provincia cum res erant et possessiones paternae, tum etiam usus quidam provincialis *acquiri poterat eo loco*, *qui* non sine causa a maioribus huic aetati tributus *est. Iam ubi* decessit illinc Pompeii iudicio probatissimus, ut ipsius testimonio cognoscetis, voluit vetere instituto, eorum adolescentium exemplo, qui post in civitate summi viri et clarissimi cives extiterunt, industriam suam a populo Romano ex aliqua
XXXI 74 illustri accusatione cognosci. Vellem alio potius eum cupiditas gloriae detulisset, sed abiit huius tempus querelae. Accusavit C. Antonium, collegam meum, cui misero collati in rempublicam beneficii memoria nihil profuit, nocuit opinio maleficii cogitati. Postea nemini umquam concessit aequalium, plus ut

---

1. quorum eum *corr. Madvig*; quorum P S A — continentiamque S; continentiam quae P; que *om. A* — velitis, iis studiis aequalium *em. Madvig*; velitis aequalium studiis P **2.** vellet aequalium studiis S **2.** optimi ac nobilissimi petere S A; obtumi ac nobilis si petere P^1; si *exp.* P^2 **3.** iam ro....ris P^1 procōs P **5.** homini A; viro P S — omnis officii P; omnis offici A; omni officio S **6.** diligentissumo P **7.** usus quidam provincialis non sine causa a maioribus (ai P^2 in ras.) huic aetati tributus C; *lacunam manifestam post* provincialis *explevi ut potui* **8.** tributus decessit (discessit P S) C; est. Iam ubi *inserui*; Ut decessit *corr. Bake*; tributus ad adquirendum, adquirebatur. iam ubi *scr. Baehrens* **9.** pompei P — probatissumus P^2; probati sumus P^1 **10.** veteri P — adolescentum S **11.** in *ante* civitate *om* P^1 — carissimi cives P^1 **12.** suam a populo P^2S; summa populo P^1 **13.** inlustri P **14.** abiit P^2; abit A; habiit P^1; habuit S — huius P A; hoc S (*ut et codd. Gembl. et Erf.*) — quaerellae P A; querele S **15.** conlegam P — mi....sero P — collati *corr. Baehrens*; praeclari P S A **16.** beneficii P^2S; benefici P^1A — maleficii P^2S; malefici P^1A **17.** nemini umquam A; umquam *rell. codd. om.*; nemini cuiquam *em. Bake.*

in foro, plus ut in negotiis versaretur causisque amicorum, plus
ut valeret inter suos gratia. Quae nisi vigilantes homines, nisi
sobrii, nisi industrii consequi non possunt, omnia labore et
75 diligentia est consecutus. In hoc flexu quasi aetatis — nihil
enim occultabo fretus humanitate ac sapientia vestra — fama
adolescentis paulum haesit ad metas notitia nova mulieris et
infelici vicinitate et insolentia voluptatum, quae cum inclusae
diutius et prima aetate compressae et constrictae fuerunt, subito
se nonnumquam profundunt atque eiiciunt universae. Qua ex
vita, vel dicam quo ex sermone — nequaquam enim tantum
erat, quantum homines loquebantur — verum ex eo quicquid
erat, emersit totumque se erexit atque extulit; tantumque abest
ab illius familiaritatis infamia, ut eiusdem nunc ab sese ini-
76 micitias odiumque propulset. Atque ut iste interpositus sermo
deliciarum desidiaeque moreretur — fecit me mehercule invito
et multum repugnante, sed tamen fecit — nomen amici mei de
ambitu detulit; quem absolutum insequitur, revocat, nemini
nostrum obtemperat, est violentior quam vellem. Sed ego non
loquor de sapientia, quae non cadit in hanc aetatem: de im-
petu animi loquor, de cupiditate vincendi; de ardore mentis
ad gloriam: quae studia in his iam aetatibus nostris contrac-
tiora esse debent, in adolescentia vero tamquam in herbis si-
gnificant quae virtutis maturitas et quantae fruges industriae
sint futurae. Etenim semper magno ingenio adolescentes refre-
nandi potius a gloria quam incitandi fuerunt; amputanda plura

---

1. in *ante* foro *om.* A — plus ut in negotiis P S; plus in negotio A **2.** vigilantis hominis A **3.** industri P **4.** *post* quasi aetatis *in P nonnihil erasum est* **6.** et *ante* infelici *om.* A **9.** nonnumquam P^2 S; numquam P^1 — eiciunt P S — universae qua ex vita S; universae xubita P **10.** sermone P S; errore *coniecit Baehrens* **11.** quicquit erat P^2; quit erat P^1 **12.** erexit *em. Karsten*; eiecit P S **15.** desidiae quae P^1 — me meherculae (mehercule P^2) invito P; mehercule invito me S **21.** contractiora esse debent P; contractiora esse debeant S **23.** significant S; significat P **24.** adolescentes *post* magno ingenio *om.* S **25.** amputanda P^1.

sunt illi aetati, si quidem efflorescit ingenii viribus, quam in-
77 serenda. Quare si cui nimium efferbuisse videtur huius vel in suscipiendis vel in gerendis inimicitiis sive ferocitas sive pertinacia, si quem etiam minimorum horum aliquid offendit, si purpurae genus, si amicorum catervae, si splendor, si nitor, iam ista deferbuerint, iam aetas omnia, iam usus, iam dies mitigarit.

XXXII Conservate igitur reipublicae, iudices, civem bonarum artium bonarum partium. Promitto hoc vobis et reipublicae spondeo, si modo nos ipsi reipublicae satisfecimus, numquam hunc a nostris rationibus seiunctum fore: quod cum fretus nostra familiaritate promitto tum quod durissimis se ipse legibus iam obligavit:
78 non enim potest, qui hominem consularem, quod ab eo rempublicam violatam diceret, in iudicium vocarit, ipse esse in republica civis turbulentus; non potest, qui ambitu ne absolutum quidem patiatur esse absolutum, ipse impune umquam esse largitor. Habet a M. Caelio respublica, iudices, duas accusationes vel obsides periculi vel pignora voluntatis. Quare oro

---

1. aetatis P[1] — efflorescit S; ....florescit P — ingenii viribus *corr. Baehrens*; ingenii laudibus P S **2.** efferuuisse P[1]; efferuisse P[2]; inferbuisse S **3.** in gerendis inimicitiis sive ferocitas sive pertinacia *em. Bake*; in gerendis inimicitiis vis ferocitas pertinacia S; in gerendis inimicitiis vis ferocitas (*om.* pertinacia) P; vis *exp. Madvig*; inimicitiis suis ferocitas *coniecit Halm* **4.** minimorum P S; minorum *requirit Ernestius* »minores sunt homines de plebe qui circumstabant iudicium" — aliquid P; aliquem S **5.** amicorum atervae P[1] **6.** ista deferbuerint (ista *om.* P[1]) — deferbuerint *vett. edd.*; deferuuerint P; deferuerit S — iam aetas omnia, iam usus, iam dies *corr. Ravius*; iam aetas omnia iam ista dies P[2] S; iam aetas omnia ....m dies (*inter* m *et* dies *spat. rel.*) P[1]; iam aetas omnia, iam satietas *Baehrens* **8.** conservat igitur P[1] — *post* bonarum partium *ll. add.* bonorum virorum; *gloss. exp. Schoell*; bonorum morum *coniecit Weiske* **10.** satisfecimus P S; satisfecerimus *requirit Wesenberg* **11.** quot cum fretus P **14.** violatam esse *Lambinus* **16.** patiatur *em. Wesenberg*; patitur S; datur P — inpune P — unquam P **17.** a marco caelio P (a *P*[2] *in ras.*) **18.** pignora (ig. P[2] *in ras.*).

obtestorque vos, iudices, ut, qua in civitate paucis his diebus Sextus Clodius absolutus est, quem vos per biennium aut ministrum seditionis aut ducem vidistis, hominem sine re, sine fide, sine spe, sine sede, ore, lingua, manu, vita omni inquinatum; qui aedes sacras, qui censum populi Romani, qui memoriam publicam suis manibus incendit, qui Catuli monumentum afflixit, meam domum diruit, mei fratris incendit; qui in Palatio atque in urbis oculis servitia ad caedem et ad inflammandam urbem incitavit; in hac civitate ne patiamini illum absolutum muliebri gratia, M. Caelium libinini muliebri condonatum; ne eadem mulier cum suo coniuge et turpissimum latronem eripuisse et honestissimum adolescentem oppressisse
79 videatur. Quod cum huius vobis adolescentiam proposueritis, constituitote ante oculos etiam huius miseri senectutem, qui hoc unico filio nititur, in huius spe requiescit, huius unius casum pertimescit; quem vos, supplicem vestrae misericordiae, servum potestatis, abiectum non tam ad pedes quam ad amores sensusque vestros, vel recordatione parentum vestrorum vel liberorum iucunditate sustentate, ut in alterutrius dolore vel pietati vel indulgentiae vestrae serviatis. Nolite, iudices, aut hunc iam natura ipsa occidentem velle maturius extingui vulnere vestro

---

1. optestorquae P[1] — paucis P *in ras.* **2**. sex. coelius (o *in ras.*) P — absolutus est P; absolutus sit S — quem (em. P[2] *in ras.*) — vos *om.* S **4**. *inter* sine sede *et* ore *codd. habent:* sine fortunis: *gloss. del. Karsten* — vita P S; vitio *coniecit Karsten* **5**. aedis P — *vv.* hominem sine re . . . . . . inquinatum *Garatonius transp. post* ducem vidistis; in P S *leguntur post v.* incendit **7**. adflixit P **8**. ad cedem P S — ad *ante* inflammandam *add. Bake* (inflamandam S) **10**. muliebri *vett. edd.*; muliebris P; mulieris S **11**. cum suo coniuge et fratre turpissimum P S; fratre *del. Schoell*; et fratre et turpissimum *scr. Bake* **14**. constituitote vobis ante oculos S — hoc unico P S; hoc uno *praefert Ernestius* **15**. requiescit P S; reviviscit *coniecit Baehrens* **17**. ad amores *corr. Baehrens*; ad mores P S — sensus quevestros P[1] **18**. vestrorum uti liberorum iucunditate P **19**. alterutrius *em. Garatonius*; alterius P S **21**. naturam P[1] — volnere P.

quam suo fato, aut hunc nunc primum florescentem firmata
80 iam stirpe virtutis, tamquam turbine aliquo pervertere. Conservate parenti filium, parentem filio, ne aut senectutem iam prope desperatam contempsisse aut adolescentiam plenam spei maximae non modo abiecisse sed etiam perculisse atque afflixisse videamini. Quem si nobis, si suis, si reipublicae conservaritis, addictum, deditum, obstrictum vobis ac liberis vestris habebitis omniumque huius nervorum ac laborum vos potissimum, iudices, fructus uberes diuturnosque capietis.

---

1. quam suo fato S; quamquam suo falso P (facto *cod. Erf.*) **2**. *inter vv.* aliquo *et* pervertere *codd. add.* aut subita tempestate; *gloss. iure exp. Oetling* **5**. maxume P — non modo non aluisse vos sed etiam P^2 S; non modo non al.......... P^1; maxume P — non modo abiecisse sed etiam perculisse atque afflixisse *scr. Francken*; non modo non aluisse vos sed etiam P^2 S; non modo non adlevasse *Müller*; adque adflixisse P^1 **6**. suis P *in ras.* — conservaritis *Ernestius*; conservatis P S **7**. adictum P^1 — *Garatonius coll. Mart. Capella post* obstrictum *inserendum censet:* in omni vita **9**. *M. TVLLI CICERONIS PRO CAELIO EXPLICIT* P.

---

§ 80. Martianus Capella (lib. de arte rhet. c. 19 f.): spe quoque animi perturbantur cum beneficia aut obsequia promittuntur ut cum fidem Milonis Pompeio pollicetur et: *Caelii in omni vita servitium obstrictum vobis ac liberis vestris habebitis.*

APPENDIX CRITICA.

§ 1. »Huius introitus", inquit Bake, »nullum aliud consilium est nisi ut ostendatur totam accusationem, qua Caelius peteretur, non vero crimine sed opibus meretriciis niti. Hinc subiicitur § 2 *nec descensurum quemquam ..... niteretur.* Sed quid praemitti oportebat: *vos laboriosos existimet ..... liceat esse?* Iudicum certe labor aut molestia nulla necessitudine attingit ipsius iudicii turpitudinem. Mihi quidem ista (*vos laboriosos ..... liceat esse*) videntur commodius collocari post verba: *unum hoc iudicium exerceatur.*"

Verissime Bake quod ad sententiam. Sed cavendum ne ipsa oratoris verba corrigere videamur cum gravi detrimento pulcherrimae periodi. Cf. de toto hoc prooemio G. Oetlingii Comm. philol. de Cic. or. pro Caelio p. 24 seqq.

Ibid. *illius* (libri ad unum omnes male *Atratini illius*) *pietatem non reprehendat, muliebrem libidinem comprimendam putet.*

Valde mihi arridet elegans Franckenii coniectura FILII *pietatem* — cf. § 36 ubi *illum* ante *filium* merito damnat Bake ut natum e dittographia — etsi concedendum esse puto doctissimo viro Iwan Müller (Jahresber. über die Fortschr. der class. Alterthumsw. 1880 II p. 253) pronomen *illius* hoc loco de accusatore quodammodo ferri posse cum continuo praecedant vv. *adolescentem ..... accusari ab eius filio quem ipse in iudicium et vocet et vocarit.*

Cf. etiam § 7 *neque aetas* ILLA (i. e. *Atratini*) *postulabat.*

§ 2. *etenim si attendere diligenter, existimare vere de omni hac causa volueritis, sic constituetis.*

Sicut innumerabilibus locis dissolutio vel repugnante codd. auctoritate restituenda esse videtur, ita ab hoc loco aliena est. Senserunt hoc veteres quidam librorum MSS correctores et editores, quorum nonnulli cum codice Lallemandi scribunt ET *existimare vere*, alii *existimareve* (om. *vere*). Unus codex Leidensis exhibet *etenim si attendere diligenterque existimare*, quae manifesta est correctio. Probabilius Baehrens *existimareque;* quamquam particula *que* nonnisi perraro iungit verba infinita praesentia activa (cf. Mergueti Lexicon Tullianum). Vide tamen ne coniunctionis absentia indicium sit interpolationis et vocabula *attendere diligenter* cum Franckenio inducenda sint utpote minus apta, cum non statim ad causae expositionem transeatur. Cf. exc. Grillii in apparatu critico.

§ 3. *ac mihi quidem videtur, iudices, hic introitus defensionis adolescentiae M. Caelii maxime convenire, ut ad ea, quae accusatores* DEFORMANDI HUIUS CAUSA, *detrahendae spoliandaeque dignitatis gratia dixerunt, primum respondeam.*

Locum manifesto corruptum variis modis sollicitarunt critici. Intolerabilem esse asyndeti figuram in structura verborum *deformandi .... causa, detrahendae .... gratia* primus vidit Bake nec tamen inserenda coniunctione copulativa *et* post *causa* de doctorum virorum sententia oratoris manum in integrum restituit. Manet enim perinepta tautologia. Nam inter *deformare Caelium* et *detrahere atque spoliare dignitatem eius* quid tandem interest? Quae ne gradu quidem distant. Itaque Cobetus proposuit *deformand*AE *huius caus*AE, quae sane lenissima est correctio; at quae primum redarguit Cicero non pertinent ea ad causam sed ad mores, ad vitam, ad *famam* Caelii. Orator, ut solet, agit ante omnia de persona rei, de ipsa causa post dicturus. Francken coniicit *deformandae eius* (i. e. *adolescentiae*) *causa* et idem fere suadet Karsten nisi quod transponit *hic introitus defensionis M. Caelii ..... deformandae huius adolescentiae.* Equidem verum esse censeo *de* FAMA *huius* expuncto vocabulo *causa* et videor mihi reperisse erroris originem. Suspicor librarium codicis archetypi — ut confundi solent voces non multum dissimiles (§ 18 e. g. unus cod. Leid. pro *carmen* exhibet *crimen*) — oscitanter dedisse *deforma* pro *defama*, deinde

supervenisse acutulum correctorem qui locum pro sua peritia refinxerit in hunc modum:

ndi　　cā
deforma　huius

Qui si hoc egisset, addidisset etiam necessariam coniunctionem *et*.

De hoc genere mendorum utiliter comparabis Madvigii annot. ad T. Liv. XXII, 23, 9.

Ibid. *de dignitate Caelius (M.* add. Lambinus) *notis ac maioribus natu et sine mea oratione et tacitus facile ipse respondet.*

Sic codd. P H (P secundo *et* scripto in rasura). Aliquanto melius S habet *etiam sine mea oratione tacitus* quod idem legitur in editione Lambiniana a. 1566. Sed quis praesertim admonitus non sentit vocem *tacitus* cum alienam sedem occupare in sententia *(tacitus facile ipse* pro *ipse facile tacitus)* tum multo melius abesse? Interpretamentum esse videtur primum adscrip-

tacitus
tum aut superscriptum (sine mea oratione), deinde errore in ipsam orationem receptum. Nisi forte corruptelae ansam praebuerit insequens vox *facile* librarii negligentia bis pro semel descripta.

§ 4. *neque* HIS *iudicantibus oportuit neque defendentibus nobis.*

Recte Ernestius: Et equites erant iudices et Cicero ex equestri genere.

Ibid. *haec praesens maestitia quam cernitis.*

Praesens maestitia nihil aliud est nisi m. quae oculis subiecta et conspicua est = *quam videtis.* Recte igitur Pluygers sustulit *quam cernitis* adscriptum ab eo qui quid esset *praesens* explicare voluit. Hic quoque aliena sedes fraudem arguit.

§ 5. *nemini umquam praesenti prae*..........*ani* (sic P^1; *praetoriani* P^2 et reliqui codd.) *maiores honores habuerunt quam absenti M. Caelio: quem et absentem in amplissimum ordinem cooptarunt.*

Speciosa est coniectura Franckenii qui profectus a lectione P^1 proposuit *praesenti praetori populi Romani.* Et sane admodum

verisimile est oratorem municipii nomen hoc loco ne commemorasse quidem, cum omnes qui aderant, probe scirent quodnam municipium intelligeretur atque insuper lectissimi viri ex eo cum laudatione adessent. Haud mirarer tamen si monstra scripturae *prae*::::::::::::, *prae*::::::::*ani*, *praetoriani*, *prestutiani* (in cod. Lambini), *piriestutiani* (apud Gruterum) ad unum omnia originem ducerent a male repetito vocabulo quod praecedit.

Utut est, nomen patriae Caelii ignoratur. Quem neque Puteolis neque Neapoli natum esse luculenter demonstravit Madvig in Opusc. Acad. (I, p. 234 et 391). *Tusculani* autem, quae coniectura est Baiteri a Kaysero in textum recepta, »quod epitheta *tam illustre ac tam grave* in hoc municipium egregrie quadrent'', nihil omnino pro se habet nisi codicum terminatio in *ani*. Quodsi utique tribus istis literulis tamquam veri vestigiis insistendum erit, praeferendum certe videbitur *Cumani*, id quod commendavit G. Wegehaupt, vel potius *Teani* (cf. Cic. pro leg. Agr. II § 96; Strab. V); nam Teani Sidicini incolas cum *Teanenses* tum etiam nonnumquam *Teanos* appellari notum e Plinio.

Veronae autem in mentem venisse Vollenhovenio Franckenio aliis non mirum propter Rufum Catullianum.

Caeterum cum Caelius sive hospes sive patronus factus a civibus honoris causa in amplissimum ordinem *cooptatus* esse dicatur, fortasse cogitandum de florentissimo municipio *Caleno*, quocum Ciceroni, sicut ipse testatur (ad Fam. IX. 13), magna necessitudo erat. Constat certe ex inscriptione in vicinia huius oppidi reperta [1]), Calibus, id quod de nullo alio municipio diserte memoratur, decurionum senatum collegas sibi *cooptasse*.

Cf. tamen L. Iul. Munic. (22 Bruns).

Ingratam et minime necessariam esse repetitionem ABSENTI ..... *quem et* ABSENTEM et v. *absenti* recte in cod. Harleiano deesse monuit Baehrens. Nec fortuitam esse omissionem docent codd. Leidenses qui omnes hoc molesto emblemate vacui sunt.

---

1) I. Neap. 3951 (C. I. L. vol. X 4649) PATER. POSVIT | C· FLAVIO. POLLIONI | FIMBRIAE· C· N· C· PRON | IN· SENATVM· COOPTATO | LOCO· DATO· S.C. PER TABELLAM. Vide etiam Ann. Inst. arch. a. 1865 p. 18.

§ 6. *equidem, ut ad me revertar, ab his fontibus profluxi ad hominum famam et meus hic forensis labor vitaeque ratio dimanavit ad existimationem hominum paulo latius commendatione ac iudicio meorum.*

Locus languidus et sine viribus, quam urendo secandoque frustra curare non desinunt Ciceronis interpretes. Ego cum Vollenhovenio et Franckenio immedicabile vulnus recidendum esse iudico. Composuerat haec, opinor, librarius, eruditus quidem ille sed idem subineptus, lacunam, quam in detrito codice detexisse sibi videbatur, de suo explens (eiusdem generis est interpolatio in § 24). Qua in re ita versatus est ut, licet mirifico artificio verba vere Tulliana satis lepide contexerit, ea tamen protulerit, quae a Ciceronianis distent quantum aera lupinis.

§ 7. *neque enim decebat neque aetas illa postulabat neque pudor patiebatur . . . . . adolescentuli.*

Accusationem de moribus Caelii Atratino potissimum datam esse ea ipsa de causa dedecebat, si quid video, quod pudor boni adolescentuli non patiebatur illum in istiusmodi argumentis versari. Non igitur suffecerit cum Karstenio (coll. Madvigii coniectura ad Cic. Sest. § 4) primum *neque* in *non* mutavisse sed quo agnoscamus accuratum sermonem Tullianum, vv. *decebat neque* reddenda erunt male sedulo interpolatori.

Ibid. *vellem aliqui ex vobis . . . . hunc* MALE DICENDI *locum suscepisset . . . . . aliquanto liberius . . . . . . refutaremus istam* MALE DICENDI *licentiam.*

Dele *male dicendi* inter *hunc* et *locum.*

Ecquis serio credat bonum oratorem tam negligenter locutum esse?

Simili modo inquinatus est locus § 15 m. quem purgavit Bake: *non modo si socius* (CONIURATIONIS) *sed nisi inimicissimus istius sceleris fuisset, numquam* CONIURATIONIS *accusatione adolescentiam suam potissimum commendare voluisset.*

§ 8. *illud tamen te esse admonitum volo:* PRIMUM *(qualis es talem te existiment) ut quantum a rerum turpitudine abes, tan-*

tum te a verborum libertate seiungas; DEINDE *ut ea in alterum ne dicas quae cum tibi falso responsa sint, erubescas.*

Spuria esse quae uncinis inclusimus, verissime observavit Fridericus Schoell. Luce enim clarius est vv. *ut quantum ...... seiungas* non minus quam sequentia continuo pendere a verbo *admonendi.* Praeceptum scholasticum, ut videtur, e margine irrepsit in textum (Cf. e. g. Cic. de Off. II c. 13 in........ *quales sumus tales esse videamur.*

Ceterum haereo in fine sententiae *quae cum tibi* FALSO *responsa sint, erubescas.*

Difficultatem sensit Ernestius qui annotat: *falso* accipe *quamvis falso.* At *falso respondere*, ni fallor, latine is tantum dicitur qui *interrogatus* verum non dicit.

Intelligerem: *quae cum tibi responsa sint* i. e. *quae maledicta, quum maledictis, paria paribus, tibi relata sint.* Quemadmodum enim sexcentis locis reperies *referre* pro *respondere*, ita nonnumquam (raro tamen) inter legendum *respondere* occurrit plane eodem sensu usurpatum quo verbum *referendi.* Operae pretium est componere duos locos, unum Terentianum, alterum ex ipso Cicerone petitum.

Ter. Phorm. Prol. 21 seqq.

Hic respondere voluit non lacessere.
Benedictis si certasset, audisset bene.
Quod ab illo adlatumst sibi esse relatum putet.

Qui contextum diligenter perpenderit, videbit *respondere* et *referre* hoc loco synonyma esse prorsus idem significantia. Gallice verteris non *répondre* sed *rendre la pareille.*

Cic. ad. Att. VI 1, 22.

Habes ad omnia, non, ut postulasti, χρύσεα χαλκείων, sed paria paribus respondimus.

Annotat ad hunc locum novissimus editor Boot: »Quid sit *paria paribus respondere* nescio. Seclusi vocabulum *respondemus* quod ad sententiam minime desideratur". Iniuria me iudice Boot damnavit λέξιν probam et antiquam. *Respondere* i. e. *referre.*

Eandem vim *respondere* habet ad Att. XVI, 7. 6.

Provide si cui quid debetur, ut sit, unde par pari respondeatur.

Cf. etiam ad Att. IV 3 s. f. *Quinti fratris tamen liberalitati*

.... *respondimus. Respondimus = paria praestitimus et gratiam retulimus.* Moneo propter Graevium qui satis infeliciter hunc locum interpretatus est ex ea huius verbi vi qua significat *solvere ad diem constitutam.*

Fieri sane potest ut orator dederit: *deinde ut ea in alterum falso ne dicas quae* etc. Consideranti tamen mihi quam saepe librarii ea quae parum intelligerent uno alterove vocabulo inserendo expedire et explicare conati sint, adverbium *falso* non transponendum sed expungendum esse videtur. Idem adverbium in hac eadem oratione a scriba male additum videre licet § 26 ubi codex Leidensis C teste Vollenhovenio exhibet: *etenim eos una cenasse false dixit*, ceteri autem libri *false* recte omittunt. Etiam prava forma *false* pro *falso* fraudem arguit. Contra *vere* a librariis accepit Cic. de Off. III c. 1 in. *Vellem nobis hoc idem dicere liceret* ubi libri tantum non omnes perperam habent *idem* VERE *dicere.*

Ibid. *qui isti aetati* (*atque etiam isti dignitati*) *non possit quam velit ..... maledicere?*

Verba uncis notata in editionibus Halmiana, Kayseriana aliis, licet Agroecio antiquiora, desunt tamen in optimis libris P et H. In Salisbergensi aliena manu scripta leguntur in margine. *etiam* ne ferendum quidem esse vidit Baehrens.

Novi eruditos homines qui vulgatam lectionem vel contra optimorum codicum auctoritatem acriter defendant; novi etiam qui admirentur bellissimam nominum paronomasiam *aetati dignitati.* Mihi vero vocabula inclusa non magis Tulliana videntur quam quae doctorum virorum diligentia dudum eiecta sunt de Har. Resp. V § 5:

nihil enim contra me fecit odio mei sed odio severitatis (odio dignitatis) odio reipublicae.

Hoc quoque loco optimus codex Parisinus 7794 putidum emblema recte omittit.

Cf. etiam pro Caelio § 55 ubi solus liber rescriptus exhibet *integritatis* (*dignitatis*) *officii religionis*, in reliquis codd. *dignitatis* non occurrit.

Praeterea cum Franckenio correxi *quis isti aetati.*

§ 10. *nam quod Catilinae familiaritas obiecta est Caelio, longe ab ista suspicione abhorrere debet.*

Quoniam iudices non reus ab illa suspicione abhorrere debent, recipienda est emendatio Oetlingii *debetis.* Nihil ad tuendam vulgatam facit pro Cluentio c. 29 in. (*Staieni persona .... a nulla turpi suspicione abhorrebat*) cuius loci diversa est ratio.

In parva lacuna quam exhibet P inter vv. *suspicione* et *abhorrere* revocavi necessarium vocativum *iudices.*

Ibid. *ad quem si accessit ......, quamquam multi boni adolescentes illi homini nequam atque improbo studuerunt, tamen existimetur Caelius Catilinae nimium familiaris fuisse.*

Locus a Bakio, Barwesio aliis non intellectus, in quo tamen nihil quicquam immutandum est.

Optime Francken: »Apodosis incipit a *quamquam* aut potius verba *quamquam ..... studuerunt* (minime cum protasi iungenda) praeparant apodosin et continent exceptionem praemissam, quasi dicat Cicero: adeo mihi constat de innocentia Caelii ut (quamquam aliis ignoscitur), si apparuerit vel semel Caelium ad Catilinam accessisse, concedam Caelio tamen nimiam fuisse familiaritatem."

§ 11. *qua in aetate, nisi qui se ipse sua gravitate .... defenderet, quoquo modo a suis custoditus esset, tamen infamiam* VERAM *effugere non poterat.*

Cum Ernestio, Bakio aliis vulgatam lectionem defendi non posse puto salvo sermonis ingenio. Et sane *infamia* hoc loco quid sit, manifestum est, nempe usurpatur de *malevolis hominum rumoribus* sententia plane eadem qua occurrit Liv. XXII. 39 § 18:

Resistes autem adversus famam rumoresque hominum satis si firmus steteris, si te neque collegae vana gloria neque tua falsa infamia moverit.

Cf. etiam pro Cluentio III § 7.

At *falsae* i. e. *iniustae infamiae* latine contrarium non est *vera infamia* — id quod contendit quidem Leutschius (Philol. XXV p. 91), neutiquam tamen idoneis exemplis probavit — sed *merita ac debita infamia.* Vide de Or. III § 203.

Suspicor in codice archetypo duo vocabula parte amissa in unum coaluisse, inter *ver* . . . . . *am* aliquot literas excidisse et pro *veram* reponendum esse *vere meritam*. Frequens hoc corruptelae genus in cod. Parisino, ut vel in prima vel in media vel in ultima parte vocabulorum aliquot literae aut syllabae exciderint nulla rasura indicatae.

Componito mihi aliquis app. crit. pro Caelio § 11, 28, 30, 31, 47, 53, 55, 63, 68 etc.

Cf. etiam Cobeti emend. pro Plancio § 94 (Mnem. 1862 p. 328).

§ 12. *neque ego umquam fuisse tale monstrum in terris ullum puto tam ex contrariis diversisque et inter se* RE*pugnantibus* (sic recte HS. et Leid. D; vide e. g. Tusc I, 27, 66 et III, 29, 72) NATURAE *studiis cupiditatibusque conflatum.*

Quid in contextu significent *naturae studia cupiditatesque* haud facile quispiam dixerit. Quapropter cum Pluygersio (Mnem. 1881 p. 141) emendandum videtur *natur*IS, *studiis cupiditatibusque*. Cf. de Nat. Deor. III. 35 *aut simplex est natura animantis* . . . . . . *aut concretum ex pluribus naturis.*

Ita Chimaerae, Sphingis aliorum *monstrorum* imagines aptissime mentibus proponuntur, quorum sicut corpora ex diversis naturis essent conflata, ita Catilinae ingenium.

§ 14 legimus: *hac tam varia multiplicique natura.*

§ 13. *servire temporibus suorum omnium pecunia*, *gratia*, *labore corporis*, *scelere etiam*, *si opus esset*, ET *audacia* (ET insertum ab edd.)

Oetlingii coniecturam *sceler*IS . . . . . *audacia* (om. *et*) confirmare potest comparatio cum Sest. § 14.

qua in oratione si asperius in quosdam homines invehi vellem, *quis non concederet ut eos*, *quorum* SCELERIS FURORE *violatus essem*, *vocis libertate perstringerem?*

Accedit quod sic lenissima mutatione facta existit pulchra figura *χιασμοῦ*.

Ibid. *cum* SENIBUS *graviter*, *cum* IUVENTUTE *comiter* . . . . *vivere.* Minime obtemperandum Oetlingio corrigenti *cum* IUVENIBUS.

Cf. Tac. Ann. II. 19.

plebes primores IUVENTUS SENES *agmen Romanum* . . . . *turbant.*

§ 14. *tum etiam multos fortes viros et bonos specie quadam virtutis assimulatae tenebat.*

Iniuria Oetlingius vocem *assimulatae* suspectam habet.

Gallice commode verteris: *par les faux semblants d'une vertu affectée.*

Vide etiam de Nat. Deor. I § 3: *in specie autem fictae simulationis, sicut reliquae virtutes, ita pietas inesse non potest.*

Ibid. *quare ista condicio respuatur.*

Ingeniose Francken: *ista con*VITIA *respuat*IS; Baehrens: *ista* SUSP*icio respuatur.*

Quamquam fieri potest ut Atratinus nimiam istam Catilinae cum Caelio familiaritatem per contumeliam nominaverit *condicionem.*

Cf. § 36: *habes hortos ... eo loco ... quo omnis iuventus natandi causa venit; hinc licet* CONDICIONES *quotidie legas.*

Et sic passim. Vide Lexica.

§ 15. *itaque a maledictis pudicitae ad coniurationis invidiam oratio est vestra delapsa.*

Cum Garatonio fateor me non intelligere *maledicta pudicitiae.* Sententia enixe flagitat: IM*pudicitiae.* Plane diversa est ratio locorum quos citat Halm (§ 6 *nam quod obiectum est de pudicitia*; § 11 *de eius fama ac pudicitia ..... nemo loquebatur*).

»At vocabulum Tacito et Suetonio usurpatum Tullianum non est." Sed multa sunt ἅπαξ εἰρημένα a Cicerone novata, alia sine dubio ut semel tantum reperiantur casu factum est.

Cf. Quintil. IV 2, 27.

§ 16. *numquam enim tam Caelius amens fuisset ut, si se* ISTO *infinito ambitu commaculasset, ambitu alterum accusaret, neque eius facti in altero suspicionem quaereret cuius ipse sibi perpetuam licentiam optaret nec si sibi* SEMEL *periculum* AMBITUS *subeundum putaret, ipse alterum* ITERUM AMBITUS *crimine arcesseret.*

si se IPSO *infinito a.* corrigit Oetling. Malim *si se* IPSE ISTO *infinito a.*

Paulo inferius recte Bake observat vix probari posse ut *sus-*

picionem quaerere ambitus sit pro *persequi iudicio ambitus suspicionem*. Quapropter praeeunte Bakio scripsimus: *facti in altero suspicionem* QUERERETUR.

Cf. de Or. II, 48, 198.

Praeterea resecanda videntur vocabula quae uncis inclusimus. Quae quam insulsa et supervacua sint quis admonitus non videt? Scio talia et similia quia negando continentur demonstrari non posse sed expecto qui contrarium defendat.

Ibid. *quod quamquam nec sapienter et me invito facit, tamen est eiusmodi* CUPIDUS *ut magis insectari alterius innocentiam quam de se timide cogitare videatur.*

Vox *cupidus* me iudice neque cum Lambino, quem sequitur Kayser, delenda est neque in *cupiditatis* (sic cod. S) mutanda. A vero non multum aberrat Weiskianum *eiusmodi*, *cupid*IUS *ut* etc. de quo tamen recte iudicat Madvig (p. 392) Ciceronem aut nihil omnino addidisse aut *cupid*E (*cupid*E—*timid*E), nequaquam vero reliquisse *cupid*IUS.

Cupide autem *insectari* aliquem optime latine dicitur de accusatore ira et studio abrepto qui hominem innocentem iniquo iudicio persequatur. Ceterum traiectio adverbii (*cupide ut magis* pro *ut cupide magis* vel *ut magis cupide*), quae Madvigio aliquam suspicionem movet, facilem habet excusationem. Perspicuitatis causa de industria facta esse videtur.

§ 17. *nunc demum intelligo.*

Post *demum*, ubi in P vox erasa est, restitui *indices*. Cf. quae annotavi ad § 10.

§ 18. *qui cum et ex rei publicae causa iam esset mihi quidem molestam, sibi tamen gloriosam victoriam consecutus.*

Palmarem Franckenii emendationem *ex publica causa* (cf. pro Caelio c. 13 in. *publicae quaestionis*; ep. ad. Att. XIV, 13 B, 4) comprobari assensu optimi codicis Salisbergensis testis oculatus affirmare possum.

Ibid. *et cum* DOMUS *patris a foro longe abesset, quo facilius et nostras* DOMUS *obire et ipse a suis coli posset, conduxit in Palatio, non magno,* DOMUM.

Non assentior Bakio auctoritate unius libri Leidensis reponendum esse censenti *non magnAM domum*. Nec tamen acquiescendum lectione vulgata. Quo minuatur repetitio tam ingrata quam inutilis *domus . . . domus . . . domum*, ultimum vocabulum relegandum erit in marginem.

Et graece et latine et in aliis multis linguis post verba emendi, vendendi, conducendi, locandi etc. obiectum saepe subintelligitur. Cf. e. g. ad Verr. II L III c. 30: *magno emerat . . . . . magno vendidistis.*

Accedit quod conducere *domum* in hoc certe orationis contextu minus proprie dictum foret de adolescentulo, qui parvas habitaret aediculas, ut ait Cicero.

§ 19 omnibus in libris MSS circumfertur compluribus scribarum erroribus et interpretamentis adulterata, quorum bonam partem criticorum sagacitas dudum detexit, pauca quaedam etiamnunc tollenda supersunt.

a quo quaeram, si prodierit, primum cur statim nihil egerit.

Rem acu tetigit Baehrens summa evidentia corrigens *non lege egerit.* Nam *nihil agere* legitima forma est de opera inani; *lege agere* autem dicitur is qui ius suum ex lege persequitur. Nec difficile intellectu quid intersit inter *lege agere*, *iudicio agere*, *legibus experiri* = *actionem intendere alicui* et testem iuratum *queri* apud iudices de illatis iniuriis.

Praeterea res ipsa clamat cum Mureto delendum esse adverbium *statim*, quippe quod minime pertineat ad priorem partem quaestionis sed ad alteram (*cur tanto post potius quam* CONTINUO). In idem nuper incidit Schwartz.

deinde si ID *queri quam agere maluerit.*

Dele *id* inepte adiectum a grammatico quodam quem fugiebat scilicet verba *querendi* et *agendi*, ut alia sexcenta, natura ita comparata esse ut commode poni possint *absolute.*

Cf. pro Caecina c. XII § 35 *s. f.*

cur productus a vobis potius quam ipse per se.

Haec verba ut manifesto interpolata inducenda esse liquido apparet ex sequentibus: *si mihi ad haec . . . . . responderit*, TUM QUAERAM DENIQUE *ex quo fonte . . . . . emanet. Si ipse orietur ex*

sese commovebor; sin autem est (Lambinus recte *erit*) *ductus... ab ipso capite accusationis vestrae*, *laetabor.*

si queri quam agere maluerit....... cur tanto post potius quam continuo (*queri maluerit*).

Ultima vocabula merito damnat Karsten.

si mihi ad haec acute arguteque responderit.

Egregie errat Oetling ubi ad vv. *acute arguteque* annotat haecce: »Bene se quidem habet vox *acute* verum *argute dicere* est *cum exquisito ornatu dicere* atque quid referat, si senator ille de quo sermo est, oratione cum exquisito ornatu habita Ciceroni respondet, non satis intelligitur; certe multo melius Ciceronis sententia exprimitur, si scribimus *acute accurateque*".

argute compluribus locis idem fere valet quod *ingeniose*, *subtiliter*, *σοφιστικῶς*. Cf. e. c. de Or. II, 4 § 18: *de rebus aut difficillimis aut non necessariis* ARGUTISSIME *disputare* i. e. dialecticorum more *subtilissime.*

Retinenda est igitur librorum *argute.*

§ 20. NEC TAMEN *illud genus alterum.... testium pertimesco.*

Nexus postulat id quod coniicit Francken; *nec magis.*

§ 21. *laesi dolent*, *irati efferuntur*, *pugnant lacessiti.*

Corrige cum Pluygersio RE*pugnant.*

Utiliter conferri potest locus quem e M. Catonis Originibus descripsit Aulus Gellius (III, 7. 15); *Romani milites circumveniuntur*, *circumventi* RE*pugnant: fit proelium diu anceps.*

Ibid. *quae sit multitudo in foro.... videtis. Ex hac copia quam multos esse arbitramini qui hominibus potentibus*, *gratiosis*, DISERTIS (*disertissimus* cod. A Leid.), *cum aliquid eos velle arbitrentur*, *ultro se offerre soleant*, *operam* NAVARE (..........*re* P^1), *testimonium pollicere?........ excluditote eorum cupiditatem*, *iudices.*

Mihi quidem persuasum est oratorem reliquisse neque *disertis* neque *disertissimis* sed *divitissimis.* Probabile est in medio vocabulo aliquot literas evanuisse (*di*..........*is*) quae deinde minus recte expletae sunt.

Cf. quae annotavimus ad § 11.

Disertus et eloquens sis quam voles: apud istiusmodi homines semper tanti eris quantum habebis. Pecunia imprimis multarum rerum effectrix est.

Quantum quisque sua nummorum possidet arca
Tantum habet et fidei.

Navare nulla idonea auctoritate nititur. Multo melius sententiae satisfacit Baehrensii coniectura *venditare.*

§ 22. *ut contra periculosas hominum potentias condicioni omnium civium providisse videamini.*

Periit sine dubio adiectivum ante *hominum* prorsus necessarium. Puto Ciceronem dedisse PAUCORUM hominum .... OMNIUM civium.

Cf. pro Sestio § 67.

non est passus ..... REMPUBLICAM *everti scelere* PAUCORUM.

§ 23. *vellem dictum esset ab eodem etiam de Dione de quo* IPSO *tamen quid est quod expectetis? quod is qui* FECIT *aut non timet aut etiam fatetur: est enim rex.*

Ridiculo vitio laborant verba: *de quo ipso .... expectetis* sed parata est certa medicina. Nempe pro pronomine requiritur participium unde perspicua fiant sequentia (*is qui fecit*). Dio Alexandrinus a civibus legatus Romam missus adversus Ptolemaeum Auletem, huius iussu veneno necatus erat eaque caedes ab accusatoribus conferebatur in Caelium. M. Crassus autem in oratione satis habuerat graviter et ornate perorare de seditionibus Neapolitanis, de Alexandrinorum pulsatione Puteolana, de bonis Pallae: de Dione *occiso* disserere supersederat. Itaque omnium, ut spero, concessu emendo:

de quo OCCISO *tamen quid est quod expectetis?*

Cf. pro Mil. § 8 (*cum de homine occiso queratur*); ad Att. IX, 14. 2; Liv. III. 22.

In scriptura continua, opinor, scriba dederat DEQVOCCISO pro DEQVOOCCISO, altera litera O levi et excusabili errore omissa. Quam facile autem DEQVOCCISO et DEQVOIPSO confundi possint non opus erit demonstrare harum rerum iudicibus.

§ 25. *animadverti .... audiri a vobis meum familiarem L. Herennium perattente: in quo etsi magna ex parte ingenio eius et* DICENDI GENERE QUODAM TENEBAMINI etc.

Ultima vocabula sensu cassa sunt. Nam quicumque verba facit, seu bonus seu pessimus sit orator, necessario utitur dicendi genere *quodam.* Intelligerem: *dicendi* VENERE *quadam* vel *lepore quodam.* Noli tamen quicquam immutare. Perierunt, si quid video, post vocem *quodam* quatuor literulae, quibus in lucem revocatis omnia rite procedent.

Lege sis *quodam*MODO. Habebis pro pronomine adverbium quod commode iungi poterit cum verbo insequenti.

Cf. de Off. II, 17, 59: *nobis quoque licet in hoc quodammodo gloriari.*

ad Att. X. 4, 2: *nec iam recusat sed quodammodo postulat, ut quemadmodum est, sic etiam appelletur tyrannus.*

pro Sest. V. 13· *ad tribunatum qui ipse ad sese iam diu vocàt et quodammodo absorbet orationem meam.*

Ibid. *verebar ne illa subtiliter ad criminandum* INDUCTA *oratio ad animos vestros sensim ac leniter* ACCEDERET (*animos .... accenderet* HS).

oratio ad criminandum subtiliter INDUCTA (»quasi *adhibita*" explicare conatur Ernestius) locutio est cuius nullum quod sciam, in latinitate extat exemplum. Donec contrarium probabitur unice verum esse ducam: *instructa.*

Cf. de Leg. I. 13.

nam si invaserit in haec, quae satis scite nobis instructa et composita videntur, miseras edet ruinas.

de Fin. II, 17. 5.

erit enim instructus ad mortem contemnendam, ad exsilium, ad ipsum etiam dolorem.

Or. V, 20.

ad permovendos et convertendos animos instructi et parati.

In fine sententiae pro codicum *accederet* et *accenderet* (*accedere* hoc sensu Terentianum est magis quam Tullianum: vide Hecyr. III. 5. 32: *Pamphile haud invito ad aures sermo mihi accessit tuas; accenderet* autem infelix est correctio nam Cicero in figurata significatione usurpasset IN*cenderet*) auctore Franckenio re-

cepi variam lectionem Gruterianam *accideret* (graece dicitur *προσπίπτειν*).

Cf. Verr. II. L. IV § 2 *f. ... denique nihil istum, quod ad oculos animumque* ACCIDERIT..... *reliquisse* ubi codices plane eodem modo variant inter *acciderit*, *accenderit* et *accederit.*

Ibid. *quid quaeritis iudices? ignoscebam vobis attente audientibus, propterea quod egomet tam triste illud et tam asperum genus orationis horrebam.*

Supersedere possumus speciosa coniectura Weiskiana *irascebar* pro *ignoscebam*, si hunc locum cum Bakio ita interpretamur ut HORRERE *genus orationis* dictum sit pro *toto animo admirari.*

Cf. de Or. II. 45. 188.

quae mehercule ego, Crasse, cum a te tractantur in causis, HORRERE *soleo: tanta vis animi, tantus impetus, tantus dolor oculis, vultu, gestis, digito denique isto tuo significari solet, tantum est flumen gravissimorum optimorumque verborum, tam integrae sententiae, tam verae, tam novae, tam sine pigmentis fucoque puerili, ut mihi non solum tu incendere iudicem, sed ipse incendi videaris.*

Saepe obstupescunt qui impense mirantur et ex ingenti admiratione nascitur horror.

§ 26. *quae perspicue falsa sunt; etenim eos una cenasse dixit, qui aut absunt aut quibus necesse est* IDEM DICERE.

dicere P in rasura habet a manu secunda, ut loci scriptura, qui iam Augustino, Ernestio, Garatonio minus recte traditus videbatur, valde suspecta sit. Nec tamen admodum difficile est verba leviter contaminata ita in integrum restituere ut, quae nunc paulo obscuriora videantur, repente clara fiant atque perspicua.

»Quae de Caelio narrantur iudices", inquit orator, »cenasse eum apud Bestiam, ventitasse domum, studuisse praeturae, mihi quidem haec omnia falsa videntur et commenticia nec quicquam horum umquam, sat scio, idoneis testibus vobis probari poterit. Quosnam enim oculatos testes ad animos vestros convincendos producent accusatores? pergraves nimirum erunt homines, quos aut procul abesse perhibent aut quibus, si pro-

dierint, necesse erit idem dicere *de se*: i. e. confiteri semet ipsos quoque iisdem lautis epulis interfuisse eorundemque facinorum conscios, socios, participes fuisse".

Si locum recte interpretatus sum, post *idem dicere* revocandum erit DE SE.

Ibid. *fera quaedam sodalitas et plane pastoricia atque agrestis! .... si quidem non modo nomina deferunt inter se sodales, sed etiam commemorant sodalitatem in accusando, ut ne quis* ID *forte nesciat, timere videantur. ne quis* recte P[1]; *videantur* e coniectura Hotomanni pro librorum *videatur*. Sed pronomen *id* aperte corruptum esse quis non videt? Equidem non dubito quin Cicero dederit: *ut ne quis* QUID *forte nesciat timere videantur.*

§ 27. *nam P. Clodius ...... cum se gravissime vehementissimeque iactaret et omnia* INFLAMMATUS AGERET *tristissimis verbis* etc.

Recte viri docti censuerunt verum esse non posse *inflammatus ageret*. Quorum optime me iudice Bake emendavit: *omnia inflamm*ARET.

Cf. de Or. II. 52. 209.

sed etiam superioribus invidetur saepe vehementer et eo magis si intolerantius se iactant et aequabilitatem communem iuris praestantia dignitatis aut fortunae suae transeunt. Quae si INFLAMMANDA SUNT *maxime dicendum est non esse virtute parta, deinde etiam vitiis atque peccatis.*

Orat. 28. 99.

Qui enim nihil potest tranquille, nihil leniter ... dicere, praesertim cum causae partim totae sint eo modo, partim aliqua ex parte tractandae; si is non praeparatis auribus INFLAMMARE *res coepit, furere apud sanos et quasi inter sobrios bacchari vinolentus videtur.*

Ibid. *tibi autem, Balbe, respondeo primum precario*, SI LICET, *si fas est defendi a me eum qui* etc.

Cod. Salisbergensis et unus liber Leidensis exhibent SCILICET, id quod praefert Bake. »Haec enim particula", inquit, »indicat velut per ironiam eum non iure ad ista responsurum esse sed non nisi permittente adversario id facturum".

Equidem etsi non negaverim particulam *scilicet* quodammodo defendi posse, probabiliorem tamen duco opinionem Oetlingii, cui verba *si licet* nihil aliud esse videntur nisi glossema et explicatio eorum quae sequuntur *si fas est.*

Notione enim vocabuli quod est *licet* notio vocabuli quod est *fas* comprehenditur.

Ibid. *qui in hortis fuerit.*

Nollem editores futile istud additamentum Donati in verborum ordinem recepissent. Valde negligenter et ex memoria tantum, opinor, locum tradidit Donatus, etiam omissis vocabulis *qui nullum convivium renuerit.*

§ 28. *non modo qui .... genus hoc vitae .... extremis*, UT DICITUR, *digitis attigissent*, *sed qui totam adolescentiam voluptatibus* DEDISSENT, *emersisse aliquando et se ad frugem bonam* (UT DICITUR) *recepisse.*

Exemi vv. *ut dicitur* ante *recepisse.* Nimis ingrata ad aures accidit repetitio *ut dicitur* — *ut dicitur.* Quapropter a summo oratore abiudicanda est.

Ceterum cum Franckenio pro *dedissent* reponendum est *dedidissent.* Cf. pro Caelio § 47 et pro Roscio Am. § 38 (*vitam vitiis flagitiisque omnibus* DEDITAM.

§ 29. *sed tu mihi videbare ex communi infamia iuventutis aliquam invidiam Caelio velle conflare..... Silentium*, *quod est orationi tributum tuae*, *fuit ob eam causam*, *quod uno reo proposito de multorum vitiis cogitabamus. Facile est accusare luxuriem:...... de corruptelis*, *de adulteriis*, *de protervitate*, *de sumptibus immensa oratio est. Ut tibi reum neminem* SED VITIA *proponas*, *res tamen* IPSA *copiose et graviter* (*copiose* om. codd.; *res tamen* IPSAE ET *graviter* exhibet P) *accusari potest.*

sed vitia nil nisi insulsum emblema esse primus vidit Bake. Et sane vocibus quae sunt *sed vitia* et *res ipsa* sine ulla necessitate bis idem exprimitur. Accedit quod abiectis abiiciendis arctius inter se opponentur, id quod spectavit orator, *reus* et *res.* Ceterum emendationem Bakianam me iudice perfeceris inducendo otioso et inutili pronomine *ipsa* post *tamen* utpote nato

e reliquiis necessarii adverbii *copiose* quod omnes libri omittunt.

Opinor in exemplari quod secutus est librarius codicis archetypi ita exaratum fuisse:

RESTAMENCOPIOSAEETGRAVITER

(*copios*AE pro *copios*E, *ae* pro *e* ut innumerabilibus locis in vett. libris MSS.); illum autem literas COP ante IOS per errorem omisisse; deinde supervenisse alium qui ex IOSAEET exsculpserit *ipsae et*, quae est lectio libri Parisini.

Ibid. *nec quos aculeos habeat severitas vestra, cum eos accusator erexerit* (*in rem*), *in vitia, in mores, in tempora, emittere* (*in hominem et*) *in reum.*

Quae uncis inclusi merito damnavit Leutschius (Philol. XXV p. 66).

Quis concoquat stipitis istud additamentum *in hominem*, quo nihil potest esse ineptius?

§ 31. MAXIMUM *video signum cuiusdam egregiae familiaritatis.*

Jure offendit Bake in superlativo, cuius nulla ratio est. Lege *magnum.* Ita mox: MAGNUM *rursus odium video.*

Ibid. *quaesivit venenum, sollicitavit quos potuit paravit.*

In locis conclamatis et depositis non nimis anxie apicibus literarum adhaerescendum est. Quapropter non dubitavi in textum recipere elegantem coniecturam Baehrensii: *sollicitavit servos, potionem paravit.*

Ibid. *cum Clodia, muliere non solum nobili sed etiam nota.*

Eadem acri paronomasia Cicero usus est I Verr. VI in.

Proponit inania mihi nobilitatis, hoc est, hominum arrogantium nomina, qui non tam me impediunt, quod nobiles sunt, quam adiuvant, quod noti sunt.

§ 35. *si ea quae facis, quae dicis, quae insimulas, quae moliris, quae arguis, probare cogitas.*

Recte Francken: »Codex Salisbergensis continet saepe manifestas correctiones sed diligentius archetypi lectionem repraesentat quibusdam locis ubi manus prima Parisini defecit et

recentior male lectos antiqui libri vel archetypi ductus supplevit". Hoc certe loco procul dubio S Ciceronis manum servat. In codice Parisino inter vv. *si ea quae* et *probare cogitas* spatium relictum est unius versus et dimidii quam lacunam ita explevit scilicet manus secunda:

facis quae dicis quae IN SOROREM TUAM *moliris quae* ARGUMENTA.

Eadem prava lectio extat in H et in ll. Leid.

Nonne luce clarius est hasce corruptelas defluxisse e vetusto codice cuius evanidam scripturam librarius cum legere non posset, satis habuit — ut solet scribarum natio de locorum sententiis parum sollicita — vocabula *latina* reddere?

Maximam admirationem movet Halm totam lectionem cod. S. tamquam pannum intolerabilem abiiciendam esse ratus. Aliter iudicasset, nisi fallor, si in mentem venisset Auct. ad Herenn. IV § 30, cuius loci eadem fere est compositio:

Qui veniam, qui sim, quare veniam, quem insimulem, cui prosim, quem postulem, brevi cognoscetis.

Ibid. *accusatores quidem libidines amores* (*adulteria*), *baias actas* (*convivia*), *comissationes* (*cantus*) *symphonias* (*navigia*) *iactant.*

Locum emblematis purgavit Francken.

Navigium pro *navigatione* ne Tullianum quidem est nec usquam, quod sciam, reperitur nisi apud scriptores sequioris aevi maximeque in libris Iurisconsultorum.

Verisimile est erudito magistello, qui pro virili parte oratoris verba illustravit, non ignotam fuisse notissimam epistolam Senecae LI quam vide.

§ 36. *removebo illum senem durum ac paene agrestem: ex* ISTIS TUIS *sumam aliquem ac potissimum minimum fratrem* etc.

Obtemperatum oportuit Vollenhovenio lenissime emendanti: *ex intimis tuis.*

Omnem modum excedit Halm pro *ex istis tuis sumam aliquem* reponens: *excitabo iuvenem aliquem.*

Ibid. *vicinum adolescentulum adspexisti . . . . . saepius videre voluisti: fuisti nonnumquam in iisdem hortis* etc.

Diligenter tractavit locum non uno nomine laborantem Madvig

(Opusc. Acad. I p. 394 seq.) Probabile videtur verba Ciceronis partim transpositione, partim correctione praeeunte Bakio sic restituenda esse:

vidisti nonnumquam DOMI, *in hortis: saepius videre voluisti.*

Quod autem nuper proposuit Schoell: *fuisti nonnumquam eius domi, in hortis*, id tum demum speciem veritatis haberet, si constaret ornatissimum adolescentulum, P. Clodii inquilinum, qui teste Cicerone habitabat in aediculis, ullos omnino hortos habuisse.

Ibid. *hinc licet* CONDICIONES *quotidie legas.*

Cf. Plaut. Mil. Glor. IV v. 952.

quae tibi

Condicio nova luculenta fertur per me interpretem.

Suet. Oct. c. 69.

..... *et dimissam Scriboniam* .... *et condiciones quaesitas per amicos.*

§ 38. *leni vero et clementi patre* (*patr*E pro *patr*I optime correxit Schwartz) ..... *Caelii causa est expeditissima. Quid enim est* (*est* pro *esset* Bake cum cod. Erf.) *in quo se non facile defenderet? nihil iam in istam mulierem dico; sed si esset aliqua dissimilis istius, quae se omnibus pervulgaret, quae haberet palam* DECRETUM *semper aliquem* etc.

Si Clodia, licet teste Publio fratre hortos habeat ad Tiberim diligenter eo loco paratos quo Romana inventus natandi causa conveniat, licet secus sese gerat quam matronarum sanctitas postulat et Appiam viam celebret alienis viris concomitata, si tamen Clodia *non* sit eiusmodi mulier qualem orator describit, haud facile dixeris quem locum habeat in defensione imago personae plane diversae. Utut est, non peribit sed vel augebitur odio atque acerbitate plena irrisio si corrigimus: *aliqua* HAUD *dissimilis.*

Particulam negativam *haud* (in vetustis libris nonnumquam occurrit forma *aud* (*aut*); vide Heraei Quaestt. Crit. et Palaeogr. p 117 in calce) saepissime usurpatam per λιτότητα, inter literas ductu fere similes interceptam esse censeo.

Mendum esse perantiquum docet interpolatio § 50 m.

Vocem *decretum* adulteratam esse primus animadvertit Garatonius sed quod reponit DELECTUM *aliquem*: Itali *οἱ νῦν*, non Veteres ita loquuntur.

Quid legendum sit paulo ante luculenter docet Publius frater (*vis ..... filiumfamilias ..... habere tuis copiis* DEVINCTUM). Id ipsum sine mora restituendum.

§ 39. *ego, si qui, iudices, hoc robore animi atque hac indole virtutis ac continentiae fuit ..... hunc* MEA SENTENTIA *divinis quibusdam bonis instructum atque ornatum* PUTO.

Quam ridiculum est: *mea sententia puto!* Nullo modo fieri potest ut recte sese habeat prima persona praesentis indicativi, quoniam qui dicit *puto*, *opinor*, *censeo* sim. quando non sententiam *suam* profert? Itaque cum Franckenio revocandus est imperativus *putate* vel potius *putatote*.

Cf. Verr. II, 2 § 156.

nisi vobis id hominum honestissimorum tabulis planum fecero, fingi a me hoc totum temporis causa PUTATOTE.

Modum dedita opera mutasse videtur lector aliquis, cum offenderet in anacolutho: *ego ..... putatote.*

§ 40 seq. *neque solum apud eos, qui hanc sectam rationemque vitae re* (melius Bake: *vita et re* i. e. *magis agendo quam disserendo ac disputando:* cf. de Fin. I § 65) *magis quam verbis secuti sumus, sed etiam apud Graecos, doctissimos homines, quibus, cum facere non possent, loqui tamen et scribere honeste et magnifice licebat, alia quaedam mutatis* GRAECIAE *temporibus praecepta extiterunt; itaque alii voluptatis causa omnia sapientes* (recte Bake: *sapiente*M, *τὸν σοφόν*, quoniam in istiusmodi placiti enuntiatione singularis numerus fere servatur) *facere dixerunt* NEQUE AB HAC ORATIONIS TURPITUDINE ERUDITI HOMINES REFUGERUNT; *alii cum voluptate dignitatem coniungendam putaverunt,* UT RES MAXIME INTER SE REPUGNANTES DICENDI FACULTATE CONIUNGERENT, *illud unum directum iter ad laudem* CUM LABORE *qui probaverunt, prope soli iam in scholis sunt relicti.*

Cf. de Off. III § 119; Tusc. v. 85; de Fin. III § 29.

Aut egregie fallor aut gravis interpolationis suspicio premit vocabula quae subduxi. Videbor, certo scio, nonnullis licentius

hariolari nam saepe aliquanto difficilius est verbis explanare falsa et suppositicia quam, ubi in iustam antiqui scriptoris consuetudinem veneris, quid solidum crepet, quid non crepet aure distinguere. Sed expecto qui vulgatum textum idoneis argumentis defendat.

mutatis GRAECIAE *temporibus. Graeciae* istud non ornat sed onerat sententiam.

neque ab hac orationis turpitudine eruditi homines refugerunt. Haud facile adducar ut credam minutam istam observatiunculam profectam esse ab ipso oratore. Iusta et legitima sit indignatio in Calliphontes et Dinomachos sed in loco quo quaeritur morum temporumque excusatio, nullum omnino usum habet. Quin etiam argumentationem nescio quomodo frangit atque debilitat.

alii cum voluptate dignitatem CONIUNGENDAM *putaverunt ut res maxime inter se repugnantes dicendi facultate* CONIUNGERENT. In hisce vocabulis tria sunt quae harum rerum peritis merito displiceant.

Primum offendit inelegans verbi *coniungendi* iteratio in *copulandam;* tum nomen *facultatis*, ut acute vidit Ernestius, parum sententiae satisfacit videturque desiderari vox magis apta verbis *repugnantes* et *coniungerent*; postremo pro *dicendi*, quod improprie philosophis tribuitur, Bake requirit *docendi.* Mihi vero, ut dicam quod sentiam, viri docti hoc loco videntur medicinam facere mortuo. Vide ne interpolationem teneamus priore illa *(neque . . . . . refugerunt)* aliquanto recentiorem. Saepe vitium vitium peperit. Rhetor aliquis, ut opinor, similitudinem aequalitatemque verborum in coniunctione desiderans, orationis fulciendae gratia, nugatoria quaedam satis fidenter de suo adiunxit.

illud unum directum iter ad laudem CUM LABORE *qui probaverunt.* VV. *cum labore* neque cum antecedentibus (*ad laudem*) neque cum insequentibus *(qui prob.)* apte cohaerent. Incerta sede volitant et melius abessent.

§ 42. *detur aliqui ludus aetati, sit adolescentia liberior; non omnia voluptatibus denegentur; non semper superet* VERA *illa et directa ratio: vincat aliquando cupiditas voluptasque* RATIONEM.

Quid est *vera et directa ratio* nisi SE*vera illa et tristis vivendi*

ratio quam orator antea descripserat (§ 39)? Dudum correxeram SE*vera* sed nunc video hanc emendationem iam occupatam esse a Baehrensio.

V. *rationem* a male sedulo lectore ineleganter et sine ulla RATIONE apposita esse videtur.

Ibid. *postremo cum paruerit voluptatibus (dederit aliquid temporis ad ludum aetatis atque ad inanes hasce adolescentiae cupiditates) revocet se aliquando ad curam rei domesticae, rei forensis reique publicae ut ea, quae* RATIONE *antea non perspexerat, satietate abiecisse, experiendo contempsisse videatur.*

Vocabula quae saepsimus, ut nunc quidem leguntur, vix latina sunt et manifeste vitiosa. Ingeniose Baehrens: *dederit aliquid ad ludum aetati, satiaverit hasce naturales adolescentiae cupiditates*, ut *satiare cupiditates naturales* idem fere sit quod alio loco Cicero vocat *satiare desideria naturae.* Equidem tamen facio cum Franckenio et Karstenio vocabula *dederit* ...... *cupiditates* in oram libri relegantibus unde male olim in contextam orationem irrepserint.

Repetita videntur e § 28.

§ 28	§ 42
datur enim concessu omnium huic aliqui ludus aetati et ipsa natura profundit adolescentiae cupiditates.	*dederit aliquid temporis ad ludum aetatis atque ad inanes hasce adolescentiae cupiditates.*

Suspiciones movent gravissimas primo durum asyndeton *cum paruerit voluptatibus*, *dederit*, deinde mirifica structura *dare tempus ad ludum* pro dativo *ludo*, tum epitheton *inanes* quod ab hoc quidem loco prorsus abhorret, postremo inficeta repetitio: *detur* aliquid *aetati .... dederit aliquid temporis ad ludum aetatis* (vel *aetati*) apud probatum scriptorem in una eademque sententia vix ac ne vix quidem ferenda.

Sub finem periodi, ubi Bake fatetur se neutiquam intelligere quid sit RATIONE PERSPICERE, *verbum* mihi bene se habere videtur sed pro RATIONE requiro aliud nomen substantivum quod melius sequentibus VV. *satietate* et *experiendo* respondeat. Quatuor literulis de exsilio reductis emendo: *ut ea quae* IGNO*ratione antea non perspexerat, satietate abiecisse, experiendo contempsisse videatur.*

Cf. pro Lig. in.

Paratus enim veneram, cum tu id neque per te scires neque audire aliunde potuisses, ut ignoratione tua ad hominis miseri salutem abuterer.

ad Att. VII. 21.

Mittam .... IGNORATIONEM *non solum adversarii sed etiam suarum copiarum.*

§ 45. *audistis .... —defendendi causa haec non gloriandi eloquor— .... genus orationis, facultatem, copiam sententiarum atque verborum .... perspexistis.*

Iure offendit Franckenium cum *facultatem* nude positum tum exile illud *genus.* Iungendum *orationis facultatem* omisso *genus*, quippe quod suppleverit aliquis cum *facultatem* perperam tractum esset ad *copiam.*

Ibid. *atque in eo non solum ingenium elucere videbatis .... sed inerat .....* RATIO *et bonis artibus instituta et cura et vigiliis elaborata.*

Quid sit RATIO *curis et vigiliis elaborata* non satis liquet. Num *ratio et via* DICENDI? Sedenim adiectum oportuit necessarium gerundium, quemadmodum e. g. legimus Brut. § 261:

splendidam et minime veteratoriam DICENDI RATIONEM *tenet* Caesar.

Ad genuinam lectionem manu ducit comparatio cum Brut. § 165:

Hoc loco ipsum Domitium non relinquo. Nam etsi non fuit in oratorum numero, tamen pono satis in eo fuisse OR*ationis atque ingenii.*

Adhibe igitur eandem medicinam, qua bis usi sumus § 42 et emenda *oratio.*

Ibid. *fieri non potest ut animus libidini deditus .... hoc, quicquid est, quod nos facimus in dicendo, non modo agendo verum etiam cogitando possit sustinere.*

Haec est lectio libri S. neque egomet quicquam amplius in sententia desidero.

Quod extat in PH: QUOQUO *modo* ortum esse videtur ex errore librarii *non modo* et *quo modo* oscitanter confundentis.

Ceterum rhetoribus et magistellis quam Tullio Cicerone aliquanto digniorem esse arbitror coniecturam Madvigii, qui lacunam suspicatus locum sic constituit: *quicquid est quod nos facimus in dicendo* [*quoquo modo facimus*], *non modo agendo etc.*

§ 46. *an vos aliam causam esse ullam putatis, cur in tantis praemiis eloquentiae, (tanta voluptate dicendi) tanta laude, tanta gratia, tanto honore tam sint pauci .... qui in hoc labore versentur?*

Ipsum Ciceronem dare non potuisse male sanum istud: *tanta voluptate dicendi* solita sua sagacitate animadvertit Bake sed quod reponere suadet *tanta laude* DISCENDI coll. Brut. § 23, id vereor ne minus bene congruat cum reliquis.

Habent, nisi fallor, inclusa verba speciem emblematis sequioris aevi fraude invecti quodque semel expulsum a nullo facile desiderabitur.

Ibid. OBTERENDAE *sunt omnes voluptates, relinquenda (studia delectationis) ludus iocus convivium, sermo paene est familiarium deserendus.*

Pro *obterendae* sine ullo dubio cum optimo codice Salisbergensi (conspirante Leid. D) scribendum est *omittendae.* Nulla enim omnino causa fingi cogitarive potest cur futuro oratori et causarum patrono deliciae voluptatesque bonae malae sine exceptione omnes *obterendae* i. e quasi pedibus subiectae conterendae atque conculcandae sint. Nihil attinet despicatui habere gaudia vitae; nihil opus est oblectamenta iuventutis ad unum omnia aut adunco naso suspendere aut gravi supercilio damnare; satis superque erit studiorum causa ad tempus reliquisse, deseruisse, *omisisse.*

Vide e. c. de Fin. I § 36.

ut aut voluptates OMITTANTUR *maiorum voluptatum adipiscendarum causa aut dolores suscipiantur maiorum dolorum effugiendorum gratia.*

Gallice verteris: *renoncer à.*

Operae pretium est considerare unde vitiosa lectio ducat originem. Nata est nimirum in cerebro librarii alicuius Christiani, qui cum in detrito codice nihil exsculpere posset nisi O .....

ENDAE (cf. app. crit. ad § 71 nec non var. lect. ad Sest. § 68), spatium quatuor literarum pro sua facultate coniectando expleverit. Quid autem in lingua biblica et ecclesiastica tam usu tritum celebratumque est quam verbum *obterendi* (ut et *conterendi*) cum derivato *obtritio* (*contritio*)?

Cf. e. g. S. Angustini Serm. VIII de divers. 4:

accedite ad eum in OBTRITIONE *cordis.*

Vide etiam Auct. de Geneal. Patriarch. apud Migne Patrolog. Lat. T 59 p. 530 et Vulg. Interpr. Ital. Psalm. 33. 19 apud Augustinum 2 Serm. 17 Dom.

prope est Dominus OBTRITIS *corde.*

Animi causa annotabo alios quosdam librorum MSS in Caeliana errores valde ioculares, qui omnes, ut opinor, ex eodem sacro fonte fluxerunt.

MANUS CICERONIS.	RIDICULA MONACHORUM COMMENTA.
§ 11 f. *prima illa initia aetatis* (*imperia aetatis* habet Cod. Gruteri).	IMPIETATIS cod. Erf.
§ 18 *contexere hoc carmen.*	CONTERERE Leid. C.
§ 23 *qui autem dictus est.*	*qui autem* DEUS *est.* Leid. C.
§ 30 *deprecari vacationem adolescentiae.*	VOCATIONEM Leid. C.
Ibid. *criminibus quae in hunc* (*nondum* add. quidam libri) proprie conferuntur.	*quae in* HUNC MUNDUM *proprie conferuntur.* codd. Gembl. et Erf.
§ 42 *ne incurrat in alterius domum atque familiam* (*familiam* Lambinus: *famam* PHS).	*atque* FANUM ll. Gembl. et Erf.
§ 43 *multi a me summi atque ornatissimi viri praedicarentur.*	ORDINATISSIMI *viri* P. (eodem modo peccatum § 5: ORDINATISSIMA pro *ornatissima* et Luc. Phars. VI. 518.
§ 46 *quare in hoc genere labor offendit homines a studioque deterret.* (*labor offendit* em. Madvig; *laborefiendi* P).	*labor* CONFITENDI codd. Gembl. et Erf.

Ceterum eiusdem stuporis insigne aliquod documentum mirari licet de Divin. I § 78 f.:

Midae illi Phrygi, cum puer esset, dormienti formicae in os tritici grana congesserunt. DIVITISSIMUM *fore praedictum est; quod evenit.*

Cod. Vindobonensis: DIVINISSUMUM! Nihil vidi magis. Nonne Graeci librarii quantumvis stulti prae istis caudicibus, stipitibus, asinis, plumbeis, ut cum Terentio loquar, tibi recte sapere videntur?

Nec latine nec diligenter loquitur qui dicit *studia delectationis.* Velim tibi persuadeas, candide lector, hasce ineptias profectas esse ab imperito grammatico qui, cum forte oblitus esset nominibus appellativis generis diversi (nonnumquam etiam nominibus eiusdem generis) adiungi adiectiva et participia *neutrius* generis *pluralis* numeri, aliquid intercidisse ratus nitidam orationem Tullianam, cui nihil ad integritatem deerat, velut macula deformaverit.

de Off. II. 6.

secundae res, imperia, honores, victoriae FORTUITA *sunt.*

Liv. 37, 22.

ira et avaritia imperio POTENTIORA *erant.*

de Fin. III § 39.

stultitiam et temeritatem et iniustitiam dicimus esse FUGIENDA.

Plane eodem modo Cicero scripserat: *relinquenda ludus iocus convivium.*

Unus codex (Erfurtanus) non *ludus* habet sed *iudices;* Gemblacensis exhibet: *ludus iudices*, ubi *iudices* natum est e dittographia. Simili modo libri peccant pro Plancio § 13.

idem mihi sunt IUDICES *parati.*

LUDI optime emendaverat Ernestius itaque nitide exaratum est in codice Tegernseensi nunc Monacensi quem contulit Baiter.

Cf. Guilelmi Heraei Quaestt. crit. et palaeogr. p. 109.

Multifariam perturbatae et impeditae sunt § 48—50.

hic ego ipsam rem definiam; mulierem nullam nominabo, TANTUM IN MEDIO RELINQUAM . . . . . *utrum hic tibi oppugnare pudicitiam an explere libidinem voluisse videatur.*

»Hoc tantum, iudices," inquit, »vos rogatum velim; ipsi iudicabitis utrum hic tibi.... videatur." Aliquanto durius et abruptius tamen secundum libros editur: TANTUM *in medio relinquam.* Koch requirit *totum*, Baehrens *factum.* Fortasse paulo lenius est restituere: *hoc tantum* vel potius *tantum*MODO. Namque perspicuum est quam facile inter vicinas syllabas *modo* potuerit omitti.

Si quae NON NUPTA (*nupta* P² habet in ras.; particulam negativam expungit Francken) *mulier domum suam patefecerit omnium cupiditati.*

Franckenio vehementer displicet NON *nupta*; mihi non item. Cf. Plauti Mil. Glor. IV v. 965:

Pyrgop.) *Núptanest an vídua?* Pal.) *Et nupta et víduast.*
Pyrgop.) QUO PACTÓ POTIS.
NÚPTA ET VIDUA ESSE ÉADEM?

palamque sese in meretricia vita collocavit.

Clodia quamvis post obitum Metelli *libidinosa meretricio more* viveret (§ 38), haud tamen dici potest — ne per iocum quidem et ludibrium—venalis scorti instar *palam collocasse se in vita meretricia.* Recte igitur Schoell insulsum additamentum seclusit.

Interpolationis profecto ansam dedit durissimum asyndeton: *si patefecerit omnium cupiditati*, *virorum alienissimorum conviviis uti instituerit.* Unde lacunam odoratus sciolus suo arbitratu orationi inseruit quae nimis absurda sunt. Asyndeton autem quod suspicor non Ciceronis voluntate sed scribarum incuria invectum esse, percommode tolli potest repetenda coniunctione *si* in hunc modum:

si... patefecerit omnium cupiditati; SI *virorum.... conviviis uti instituerit* etc.

si hoc in urbe faciat, si....ita sese gerat.

Quoniam vv. *patefecerit* et *instituerit*, ut in hypothesi, non sunt formae futuri exacti sed coniunctivi perfectorum, nullo modo defendi potest lectio librorum P H S *faci*ET et *ger*ET sed cum Bakio et Kaysero praeferendum erit id quod aetatem tulit in codd. quibusdam deterioribus (Oxoniensibus): *faci*AT et *ger*AT.

non incessu solum sed ornatu atque comitatu, non flagrantia oculorum, non libertate sermonis, sed etiam complexu, osculatione (aquis navigatione conviviis).

Spuria et suppositicia esse quae saepsi uncinis, tam manifestum est ut mirari liceat quo pacto nemo unus hoc viderit ante Schoellium. Cui tamen dare non possum unum alterumve vocabulum genuinum fortasse obliteratum esse — cogitat autem de *consuetudine* —, cum sententiae omnibus suis numeris et partibus expletae ad perspicuitatem nihil quicquam deesse videatur.

Graviorem labem conceperunt sequentia:

cod. P *ut non solum meretrix procax qui videatur*

» H » » » » *procaxque* »

» S *ut non solum meretrix sed etiam proterva meretrix procaxque videatur.*

In manifesto hiatu ll. P H forma *procax*QUE luculenter ostendit alterum adiectivum excidisse idque fuisse vocabulum *proterva* quod extat in S aut simile quid, non est quod dubitemus. Ceterum verba, quae exhibet liber Salisbergensis inter prius *meretrix* et *procaxque*, habenda esse pro prudentis correctoris supplemento mihi quidem persuasit Halm.

Re bene perpensa locum turbatum transponendo constitui in hunc modum:

ut non solum PROTERVA PROCAXQUE *sed* MERETRIX *videatur.*

si quae mulier sit eiusmodi, qualem ego paulo ante descripsi (tui dissimilis, vita institutoque meretricio) etc.

Abunde patet, opinor, ex iis quae continuo sequuntur, repudianda esse quae seclusimus. Cf. enim paulo post: *ea si tu non es, sicut ego malo, ... sin eam te volunt esse* etc.

Satis inepte ista repetita sunt e § 38 ubi demonstravimus oratorem dedisse: *aliqua* HAUD *dissimilis.*

§ 52 *tune aurum ex armario tuo promere ausa es? tune Venerem illam tuam spoliare ornamentis spoliatricem ceterorum?* etc.

AURUM res ipsa clamat non accipiendum esse de pecunia sed de anulis, inauribus, armillis, monilibus ceterisque huiusmodi ex auro ornamentis muliebribus.

Quaenam autem sit illa Venus *spoliatrix ceterorum* (*ceter*UM libri omnes praeter cod. S. Victoris) non liquet. Nisi forte cogitandum sit de dactyliotheca eburnea vel aenea amantium donis repleta parvoque Veneris simulacro ornata.

»Nam ecastor numquam satis dedit suae quisquam amicae" ut est apud Plautum.

Ibid. *ad necem legati .... labem sceleris sempitern*AM.

Sic recte Salisb.; codd. P H exhibent *sempitern*I.

Cf. Cic. de Rep. III. 9.

*ut esset posteris ante os documentum Persarum sceleris sempitern*UM.

Vide etiam pro Sulla § 88.

§ 53. *si tam familiaris erat Clodiae .... dixit profecto quo vellet aurum; si tam familiaris non erat, non* DEDIT.

In hac sententia intelligi nequit: *non* DEDIT.

Unice verum esse puto id quod proposuit Pluygers coll. § 56: *non* PETIVIT.

Praeterea cf. de hoc loco Francken (Mnem. a. 1880 p. 224).

§ 54. *L. Lucceium, sanctissimum hominem et gravissimum* (*testem*).

Quemadmodum legimus § 52:

L. Lucceii, sanctissimi hominis atque integerrimi, sic hoc loco Cicero dedit: *L. L. sanctissimum hominem et gravissimum.* Vocabulum *testem* explicationis causa scilicet invectum male abundat, imo contra constantem dicendi usum adiectum fraudem arguit interpolatoris. Nullo enim modo apponi potuit post *sanctissimum* HOMINEM; certe *et* foret omittendum. Recte igitur Francken molestum glossema expunxit.

§ 55. *haec est innocentiae defensio, haec ipsius causae oratio, haec* UNA *vox veritatis.*

Palmaris est Pluygersii emendatio pro VNA *vox* corrigentis VIVA *vox*. Eodemmodo Graece dicitur: *ζῶσα φωνή*.

Cf. de Leg. Agr. II. 4:

Sed tamen magnificentius atque ornatius esse illo nihil potest quod meis comitiis non tabellam vindicem TACITAE *libertatis sed vocem* VIVAM (UNAM codd.; VIVAM est emendatio Baiteri) *prae vobis indicem vestrarum erga me voluntatum ac studiorum tulistis.*

§ 58. *sin ei tanta consuetudo, quanta a vobis* INDUCITUR, *non erat, quae cum servis potuit familiaritas esse tanta?*

Dubitari licet utrum *inducitur* an potius *induitur* dederit orator. Hoc certe, si in libris esset, nemini moveret suspicionem, illud plane eadem sententia alio loco usurpatum haud facile reperies.

inducere et *induere* haud raro a scribis permutantur.

Componito mihi aliquis Tac. Ann. I c. 7 f. *postea cognitum est ad introspiciendas etiam procerum voluntates* INDUCTAM *dubitationem*, ubi meo quidem iudicio Nipperdey frustra defendit vulgatam lectionem contra I. Fr. Gronovii emendationem INDUTAM.

Ibid. *quem ad modum paratum? quo pacto, cui, quo in loco traditum?*

Sic procul dubio distinguendum est; minime vero ut vulgo editur:

quem ad modum? — quo pacto? cui, quo in loco traditum?

Nam qui dicit *quem ad modum? quo pacto?* ridiculo utitur pleonasmo.

§ 60. *quonam modo ille furenti fratri suo (patrueli) consularis restitisset, qui consul incipientem furere atque conantem sua se manu interfecturum audiente senatu dixit?*

patrueli induxit Halm.

consul correxit Manutius; codd. omnes exhibent *consul*EM, in quo latet, ni fallor, *consul* EUM.

Eodemmodo Madvig § 72 restituit quorum EUM imitari pro ll. *quorum imitari.*

Aut ante aut post participium *conantem* nonnihil excidit. Lacunam, quam primus deprehendit Oetling, commode explere possis in hunc fere modum:

atque [rempublicam evertere] conantem,

nisi malis, ut est apud Corn. Nep. (vit. Hann. c. 8)

atque [multa stulte] conantem.

§ 61 *si manebat tanta illa consuetudo (Caelii), tanta familiaritas (cum Clodia).*

Ita scriptum in codice Parisino. Antiquiorem lectionem ha-

bent, ut videtur, H et S (conspirantibus Leid. C et D) nempe: *si manebat tanta illa consuetudo* (*celii cum clodia*) *tantaque familiaritas.*

Otiosum interpretamentum resecuit Francken.

§ 63. *sed quid ego de dignitate istorum testium loquor? Virtutem eorum diligentiamque cognoscite. In balneis delituerunt: testes egregios! dein temere prosiluerunt: homines* TEMPERANTES! *temperant*IS habet solus P: *gravitati deditos* ceteri libri.

temperantes cum ironia recte dici contendit Halm homines qui cupidi moraeque impatientes tempus prosiliendi expectare non potuerint sed *temere* i. e. *ante tempus* (cf. § 64 et Sest. § 80) prosiluerint. Franckenio vero doctus Ciceronis interpres minime persuasit integram esse lectionem libri Parisini nec ullo vitio contaminatam. Negat enim *temperantes* hic omisso pronomine usurpari posse pro *temperantes sibi* et coniicit *temporis observantes.*

Cf. tamen e. g. Cic. Parad. III § 21:

Atqui pares esse virtutes nec bono viro meliorem nec TEMPERANTE TEMPERANTIOREM .... *posse fieri, facillime potest percipi.*

Verum enimvero vide ne primum omnium nobis perpendendum sit unde tandem originem ducat altera illa lectio *gravitati deditos*, in qua fideli concordia conspirant ceteri libri Harleianus, Salisbergensis, Gemblacensis, Erfurtanus etc. An pro glossemate habenda quod auctoris manum *temperantes* expulerit? Vix credibile est. Quaenam enim haberi potest explicatio qua nihil omnino explicari videtur? An vero ab ipso oratore profecta? at locutio *gravitati deditum esse* non solum abhorret a puro sermone Tulliano sed, cum ipsa per se vitiosa sit et sensu cassa et nihili, ne apud scriptores quidem aereae aetatis uspiam reperitur. Quid si et vox *temperantes* leviter corrupta et monstrum scripturae *gravitati deditos*, in quo duorum vocabulorum reliquias agnoscere mihi videor quae parte amissa in unum coaluerunt, servant adhuc antiquae lectionis vestigia haud spernenda? Fac in detrito codice archetypo evanidis literis exaratum fuisse in hunc fere modum:

HOMINES ... MPERANTISGRA ... TATIDEDITOS

Quid inde elicere possumus? Nempe:

homines [i]mperantis gra [tiae et volun] tati deditos.

Paulo post (§ 67) iidem homines dicuntur in insidiis atque in praesidio balnearum collocati esse ab IMPERATRICE (i. e. *Clodia imperante.*)

imperare autem et *temperare* interdum a librariis confusa esse videre licet Quintil. Inst. Or. X, 1, § 98:

quantum ille vir praestare potuerit, si ingenio suo imperare quam indulgere maluisset,

ubi codex Bambergensis exhibet *imperare*, Monacensis vero *temperare.*

alicuius gratiae atque voluntati deditum esse sim. et alibi passim leguntur et Verr. II L. II § 59:

cives Romanos coluit, iis indulsit, eorum voluntati et gratiae deditus fuit.

Ibid. *Licinium autem, cum iam manum ad tradendam pyxidem porrexisset, retraxisse se* (*se* debemus Oetlingio; cf. § 64: *cum* SE *retraxisset) atque illo repentino hominum impetu se in fugam coniecisse.*

Intercidit, opinor, necessarium participium perfecti passivi unde pendet *hominum impetu.* Quamobrem supplevi: *illo repentino .... impetu [impeditum] se in fugam coniecisse.*

§ 64. *isti tot viri — nam necesse est fuisse non paucos, ut et comprehendi Licinius facile posset et res (multorum oculis) esset testatior — cur Licinium de manibus amiserunt? qni minus (enim Licinius) comprehendi potuit, cum se* RETRAXIT, *ne pyxidem traderet quam si tradidisset?*

res MULTORUM OCULIS *testatior* est locutio sine exemplo.

res *testata* pro re *aperta*, *explorata*, *manifesta* passim legitur sed a scriptoribus certe aureae aetatis nihil quicquam addi solet. Cf. I. Verr. § 48; II Verr. II § 187; ad Fam. XI, ep. 27 § 6; ad Att. VIII ep. 9 in.; Aul. Hirt. de Bello Gallico VIII c. 42 f. etc.

Dubitarem tamen expungere *multorum oculis*, nisi paulo post (§ 66) eadem vocabula recte usurpata occurrerent:

cur non ipsius confessione, MULTORUM OCULIS, *facinoris denique voce tanti sceleris crimen expresserint?*

Hinc ab interpolatore deprompta esse videntur quae in hoc quidem orationis contextu certo loquendi usui repugnantia attentum lectorem non possunt non offendere.

qui minus ENIM LICINIUS.

Parendum est cum Bakio libro Leidensi qui omittit *enim*. Idem liber optime exhibet: *cum se retrax*ISSET pro *retrax*IT. Probabile est id coniecturae deberi sed quisquis ita coniecit verum vidit eique vel contra libros obtemperandum. *Licinius*, quod omnino inutile et supervacaneum vocabulum est, iure delevit Karsten.

Ibid. *erant enim* ILLI *positi* (*ut comprehenderent Licinium*) *ut manifeste Licinius teneretur*, *aut cum retineret venenum aut cum tradidisset.*

Pro ILLI Ravius bene scripsit ILLIC. Eadem correctio a secunda manu facta est in codice Gemblacensi.

ut comprehenderent Licinium nequaquam, sicuti videtur Oetlingio, excusari potest verbositate Ciceronis sed sine mora eiiciendum est utpote cum detrimento periodi a sciolo invectum.

Ibid. *quos quidem quam ob rem temere prosiluisse dicas (atque ante tempus) non reperio.*

atque ante tempus nihil esse nisi interpretationem adverbii *temere* vidit Wesenberg, qui apte contulit pro Sest. § 80: *cur tam temere* (i. e. *ante tempus*) *exclamarit occisum*, ubi *temere* a scribis non intellectum dedita opera in *tempore* refictum est.

§ 65. *potueruntne magis* TEMPORE (sic P superscripto *meliori; meliori magis tempore* HS) *quam cum Licinius venisset*, *cum in manu teneret veneni pyxidem?*

Pro *magis tempore*, quod probat Madvig, requiro *magis in tempore* i. e. *tempore magis idoneo.* Adverbium enim *tempore* (*tempori*, *temperi*), de quo vide G. Billrothii Gramm. Lat. § 201 A 2, comparativum habet non *magis tempore* sed *temperius.* Cf. ad Fam. IV ep. 16 § 8; Ovid. Metam. IV v. 198 etc.

cum in manu teneret cum praecedentibus coniungendum videtur scribendo *cumque* eadem de causa qua Bake § 62 cum codice Leidensi correxit: *venenumq*UE *traderet.*

Ibid. *quae si iam erat tradita servis (evasissent subito ex balneis mulieris amici Liciniumque comprehendissent), imploraret hominum fidem atque a se* ILLAM *pyxidem traditam pernegaret.*

quae si iam erat tradita servis habent codices editionesque veteres. Correxerunt:

Bake praeeunte Ernestio:

quae cum iam erat tradita servis, si evasissent

vel potius:

qui si, cum iam erat tradita servis, evasissent

Halm:

quae si iam erat tradita servis, si evasissent

Kayser:

qui si iam ea tradita servis evasissent

Baehrens:

qua si iam tradita servis evasissent.

Equidem — pace eruditissimorum virorum dixerim — oratoris verba sana et integra esse censeo nec ulla correctione indigere. Si resecueris additamentum *evasissent* ..... *comprehendissent*, videbis orationem sua sponte redire in formam pristinam. Adscripserat profecto aliquis magistellus in gratiam aut puerorum aut eorum hominum qui nihil differunt a pueris, cum quae continuo praecedant, soleant oblivisci: SI *evasissent subito ex balneis mulieris amici Liciniumque comprehendissent.*

Ne latine quidem scit noster. Offendimus in ipso limine. *evasissent* hoc loco absurde dictum est et prorsus a sententiae consilio abhorret. Quamobrem Bake proposuerat reponere coll. § 63 *evolavissent.* Nec facile dixeris quorsum hic appellentur *mulieris amici.* Intellexit iam Ernestius haec verba fluxisse ex interpretatione. Idem delevit *ex balneis* et Franckenio iudice orator certe magis perspicue locutus esset si dixisset: *e latebris.*

ULLAM *pyxidem* pro ILLAM summa evidentia emendavit Francken.

Et sic et contrario modo saepe peccant librarii. Cf. e. g. § 66 ubi pro vera lectione *sine* ULLO *timore* P[1] habet *sine* ILLO timore.

Ibid. *vidisse se dicerent? primum ad* SE *revocarent maximi facinoris crimen.*

In sceleris suspicionem non nisi SERVI illi cadere poterant quibus venenum traditum erat. Testes vero, eo quod vidisse se dicerent, minime adibant periculum ne ad SE referrent maxime facinoris crimen. Itaque lenissima immutatione facta cum Oetlingio restituendum:

ad SERVOS *revocarent.*

Ibid. *mimi ergo est iam exitus non fabulae.*

Quaeritur a viris doctis num recte opponantur inter se *fabula* et *mimus* si quidem mimi vulgo appellantur quaedam fabularum species. Et sane vv. *non fabulae* si deessent, nemo magnopere desideraret. Haud scio tamen an *fabula* hic eandem fere vim habeat quam *comoedia.* In comoedia autem sunt certae partes, quibus connexio, et solutio alicuius negotii continetur; in mimo contra nulla est constitutio fabulae nec certus exitus.

§ 66. *nullum argumentum in re, nulla suspicio* (*in causa*), *nullus exitus criminis* REPERIETUR: *itaque haec causa . . . . ad testes tota traducta est.*

Vehementer displicet oppositio facta inter REM et CAUSAM, praesertim ubi continuo sequuntur vv. *itaque haec* CAUSA.

Intelligerem sane: *nullum argumentum in re, nulla suspicio in* CRIMINE ut recte legitur § 55. Attamen re bene pensitata seclusi vv. *in causa*, quibus facile carere possumus, si ponimus genitivum *criminis* pendere ab utroque nominativo (*suspicio* et *exitus*). *in causa* addidit aliquis orationis fulciendae gratia scilicet.

reperietur pro *reperitur* (quod extat in cod. Gembl.), futurum pro praesenti, manifesto vitiosum est. Admonuit Ernestius ante saeculum sed frustra; editores non audiunt. Olim simili modo peccabatur § 68: *tandem aliquid* INVENIMUS, ubi deteriores libri exhibent INVENIEMUS.

§ 67. *ex quibus requiram quonam modo latuerint aut ubi; alveusne ille an equus Troianus fuerit, qui tot invictos viros . . . . tulerit ac texerit.*

Bakio suspicionem movet oppositio facta inter *alveus* et *equus Troianus.* Coniicit autem: *alveusne* ILLIC *ut equi Troiani fuerit.* Aliquanto lenius Francken deleta particula *an* suadet legere:

alveusne ille equus Troianus fuerit. Equidem nihil mutandum censeo.

»Si prodierint, inquit, fortes viri, Clodiae familiares, requiram ex iis quo modo latuerint et *ubi.* Rogabo utrum alveus balnearius an alter equus Troianus fuerit qui tot invictos viros texerit".

Ibid. *illud vero respondere cogam.*

Corrige sis cum Oetlingio (et Baehrensio): AD *illud vero.*

§ 69. De tota hac paragrapho, quam probabiliter correxerunt Francken et Baehrens, vide O. Harnecker (in Berl. Philol. Wochenschr. $^{23}/_{2}$ 1884). Locus est perobscurus quoniam res, quae traditur, parum nota est.

§ 70. *quae lex ad imperium, ad maiestatem, ad statum patriae, ad salutem omnium pertinet.*

ad statum patriae damnat Karsten. Cf. tamen pro Flacco § 3 *s. f.*

Non estis de Lydorum aut Mysorum aut Phrygum, qui huc corrupti concitatique venerunt, sed de vestra republica iudicaturi, DE CIVITATIS STATU, *de communi salute, de spe bonorum omnium.*

§ 71. »*qui quamquam lege de vi certe* NON *tenebantur.*

»In Camurtii et Aesernii causa obscurissima hoc unum ex ipsis huius paragraphi verbis constat, eos in se contraxisse crimen nefarii stupri. Quod cum cadat in legem de vi, NON falsum esse consequitur. Corrige: *certe* NOMINE *terebantur.* Hac lege quamquam potissimum accusabantur, tot tamen cum flagitiis scelus illud coniunctum erat, non minus ut quavis alia lege isti tenerentur" BAEHRENS.

§ 72. *cum prima aetas dedita disciplinae fuit . . . . . iis autem* (*fuit*) *amicitiis maiorum natu, quorum imitari industriam continentiamque maxime velit.*

Quoniam *iis amicitiis*, ut sequens *iis aequalium studiis*, pendet a superiore illo *dedita fuit*, FUIT recte expunctum est ab Ernestio.

Praeterea vere Madvig observat de ipso Caelio non *velit* di-

cendum esse sed *debeat* (vel potius *deberet* ut in seqq. *videretur*). Ego olim conieceram: *quorum* [*quis*] *imitari* ..... *velit.* Nunc vero malo sequi Madvigium egregie emendantem:

quorum [*eum*] .... *velit*IS.

§ 73. *cum autem paulum iam roboris accessisset aetati, in Africam profectus est Q. Pompeio contubernalis ..... in qua provincia cum res erant et possessiones paternae, tum etiam usus quidam provincialis* †† *non sine causa a maioribus huic aetati tributus.* † *decessit illinc Pompeii iudicio probatissimus ..... voluit ..... ex aliqua illustri accusatione cognosci.*

Quoniam dici nullo modo potest: *in provincia Africa fuisse cum possessiones paternas Caelii tum* USUM *quemdam* PROVINCIALEM neque *usus provincialis* commode iungitur cum v. *tributus* — cui enim satisfacit contorta interpretatio Ernestii quasi *tributus* hoc loco idem sit atque *commendatus* — verisimile est, ut recte animadvertit Baehrens, locum lacunosum esse. Equidem hiatum, quem mihi videor deprehendisse inter vv. *provincialis* et *non sine causa*, ita fere expleverim:

tum vero usus quidam provincialis [ACQUIRI POTERAT EO LOCO] *qui non sine causa a maioribus huic aetati tributus* [EST].

eo loco intelligendum de cohorte praetoria Q. Pompei proconsulis. Cf. pro Plancio § 27.

M. Caelius *contubernalis* et *comes* Q. Pompeii erat *in cohorte praetoria.*

Post *tributus* altera est lacuna; nam capite truncam esse sententiam,quae sequitur, attentum lectorem, ut opinor, non latebit.

Supplendum videtur: [EST. IAM UBI] *decessit* etc. *iam ubi* debetur Baehrensio. Bake coniecerat: UT *decessit* etc.

§ 74. *cui misero* PRAECLARI *in rempublicam beneficii memoria nihil profuit; nocuit opinio maleficii cogitati.*

»Pulcherrimae per chiasmum oppositioni $\frac{\textit{profuit,}}{\textit{nocuit}}$ $\frac{\textit{memoria,}}{\textit{opinio}}$ $\frac{\textit{beneficii}}{\textit{maleficii}}$ ad summam perfectionem deest contrariorum *praeclari* et *cogitati* responsio iusta. *c̄lati* = *conlati* genuinum censeo qnod depravatum in *clari* et deinceps correctum in *praeclari* sit" BAEHRENS.

§ 75. *verum ex eo quicquid erat emersit totumque se* EIECIT *atque extulit.*

Dicat aliquis: »quid tandem est *e libidinosa vita sese* EIICERE?" Rem acu tetigit Karsten pro *eiecit* reponens *erexit.* Erroris ansam dederunt fortasse verba quae leguntur paulo superius: (*voluptates*) *subito se nonnunquam profundunt atque* EIICIUNT *universae.*

§ 79. *aut hunc nunc primum florescentem, firmata iam stirpe virtutis, tamquam turbine aliquo (aut subita tempestate) pervertere.*

vv. *aut subita tempestate* merito suspecta habent Bake et Oetling. Iunguntur quidem interdum *turbo* et *tempestas* — vide e. g. Cic. de domo sua § 137: »*tu, procella patriae,* TURBO *ac* TEMPESTAS *pacis atque otii"* — sed fraudem arguunt cum adiectivum *subita* tum particula disiunctiva *aut*, cui hic nullus est locus. Vocem quae antecedit (*turbine*) interpretatus est aliquis, ut videtur: *i. e. subita tempestate.*

ERRATUM.

p. 1 vs. 12 *pro* illustri e ingenio *lege* illustri ingenio.

Alia, si quae supersunt, levioris momenti, ipse corrigat benevolus Lector.